


Sdz.

+







Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to fading and the texture of the aged paper.





12  
D. T. O. M. A.  
Disputationem Juridicam  
DE  
**INTERROGA-**  
**TORIIS,**

eorumque in Forouſu,  
EX CONSENSU MAGNIFICI  
RECTORUM LIPSIENSII ORDINIS

*PRAESIDE*

**GEORGIO QVIRINO Höckell/  
J. U. D.**

*IN AUDITORIO PETRINO*

Placido Eruditorum Examine ſubmittit

**JOH. FRID. TROPANNEGER,**  
Dreſd.

*ad d. 23. Dec. A. M. DCCIV.*

---

L I P S I Æ,  
L I T E R I S K R Ü G E R I A N Æ.



PLANO  
Dictionarium Juridicum  
DE  
INTERROGA-  
TORIIS

EX COLLEGIIS MAGISTRALIBUS  
FACULTATIS JURIS  
UNIVERSITATIS  
HALLENSIS

GEORGIUS QUIRINO PÖPPLIN

J. B. D.

IN ACADEMIA PAVATA

JOSEPHUS TROPPANNEGER

1711

in A. S. P. S. S.







## B. C. D.



Non minimum in probationis juridicæ specie eâ, quæ per testes suscipi solet, momentum positum esse in artificiosa articulandi licentia, nemo sanè est causas orantium vel judicantium, qui id inficias ire poterit, sapius etenim articulos probatoriales vel ex juris factive verioris ignorantia, vel ex animi proposito, ne dicam malitia causidicorum, generaliter nimis, aut obscure vel captiosè conceptos esse deprehendimus, cui calliditati obvianda cautela interrogatoriorum parti productæ permissorum adinventa est. Cum autem utilissimam hanc pariter atque jucundam interrogatoriorum materiam, per modum Disputationis tractatam fuisse, nobis equidem cognitum non sit, & eandem etiam commentatores rerum forensium, Rutgero Rulando paucisque aliis exceptis vel levi saltem penicillo tetigerint, vel absque certa methodo dubias modo quæstiones quasdam tractaverint, vitio nobis verti eò nimis poterit, si in pagellis hisce hanc materiam certo ordine congestam tibi exhibeamus L. B. simulque usum eorum, quem in foro habeant, vel habere possint, quoad

A

fieri



fieri potest monstremus, sperantes; ut a uisibus nostris  
consensum tuum sis additurus.

§. 1.

Significatio  
Grammatica.

De Grammatica igitur vocis *Interrogationis* vel etiam  
verbi *interrogare* significatione non est, ut multum sumus  
soliciti, cum isto sensu idem sit, ac percontari, quære-  
re ab aliquo seu ex aliquo; in sensu autem Juridico *quære-  
re* & *interrogare* habentur pro Synonymis, uti videre est ex  
*cap. 48. X. de testib. licet tō quærere* ambitu suo latius pateat.  
Ita enim *Cicero Lib. I. ad Attic.* Senatus censuit, ut de  
iis, qui objudicandum pecuniam accepissent, *quereretur*;  
eodem modo & *Legibus interrogare* idem est, ac *legibus quæ-  
rere*, id est, legis alicujus autoritate aliquem quærere,

Juridica.

numquid facinus aliquod admiserit, vel aliud flagitium  
fecerit? Ita ASCONIUS allegante SCHARDIO in *Lex.  
Jur.* quid est reum fieri, nisi apud Prætozem *legibus in-  
terrogari*? Eodem modo CICERO pro *Milone*: Decerne-  
bat enim, ut veteribus *legibus* extra ordinem *quereretur*;  
Diffiteri tamen nequit, phrasin hanc juridicam, *Legibus  
querere*, *Legibus interrogare*, propriè loquendo magis de  
delictis & criminibus, quàm de causis civilibus dici,  
uti videre est ex *l. 1. §. 21. ff. de quest. l. 27. §. 7. ff. ad  
L. Jul. de adult. ita in l. 1. §. 1. ff. de quest. & l. 7. ff. de probat*:  
Servum de se, non de domino esse *interrogandum*, & *l. 10. Cod.  
de quest.* per tormenta *interrogari* habetur; interim tamen  
& hic ipse intellectus à nostro instituto alienus planè non  
est, quum & per inferius dicenda, in processu criminali,  
eoque tum inquisitorio tum accusatorio, reis permissum  
est, interrogatoriis quæstionibus uti: In sponsionibus  
*interrogare* quoque dicitur, qui stipulatur, & *interroga-  
ri*, qui spondet *l. 1. §. 1. 3. ff. de V. O.* Cæterum rogari eti-  
am pro *interrogari* sumi in materia adoptionis ex *l. 2. ff.  
de adopt.* edocemur.

§. 2.

Interroga-  
toriorum  
Descriptio.

Describuntur interrogatoria, quod sint quæstiones, quas  
pars adversal (der Product) super negotii circumstantiis & te-  
stibus



sibus contra se inductis format ac concipit, ut testes pro  
eruenda veritate interrogentur. SPECUL. tit. de Test. §. jam  
de interrogatoriis n. 1. FIBIG. Proc. P. II. cap. 2. m. 2. sect. 1.  
§. 4. reg. IO. p. 1412. edit. noviss. aliam descriptionem nobis  
suppeditat NICOLAI. Proc. cap. 60. n. 1. sed neutram ut sa-  
tis perfectam atque congruam salva horum Doctorum au-  
toritate agnoscimus, dicimus potius: Interrogatoria esse  
quaestiones à parte adversa, contra quam testis producun-  
tur, ad eliciendam sive indagandam veritatem, tum super nego-  
tio ipso ejusque circumstantiis, tum super testibus contra se in-  
ductis ex articulis producentis & cause meritis formatas ac ju-  
dici in scriptis oblatas, ut testes super iis simul examinentur.

§. 3.

Differunt interrogatoria hæc nostra, uti in foro hodi-  
erno in materia probationis sunt usitata, & germanico ab interro-  
gationibus antiquis. Differentia  
idiomate Fragstücken indigentur, ab interrogati-  
onis antiquis multis modis, potissimum vero 1) ratione Sub-  
jecti, antiquo enim jure tum judici tum parti incumberebat (1) Ratione  
reum interrogare l. 9. §. 1. ff. de Interr. in jur. fac. mori-  
bus autem nostris quaestiones hæc à parte producta equi-  
tatem conficiuntur, & confectæ judici porriguntur, ab hoc  
tamen solo velejus Commissario semper exclusæ, imo re-  
mota utraque parte examen testis expeditur. (2) Ratione  
jecti personalis, ad illas enim respondebat ipse adversarius si-  
vè reus, vid. OBRECHT: de concip. & form. libell. c. 16. num.  
24. ad hodiernas verò non ipsa pars sed tertius quidam scil.  
testis de sua scientia deponit, in toto enim Digestorum ti-  
tulo de Interrogationibus in jure faciendis, ne unicum  
quidem vestigium deprehendere nobis licuit, ubi aliena  
persona tertia de facto rei in judicium deductæ fuerit inter-  
rogata, de hac enim leges omnes ac singulæ silent, sed sem-  
per & unice pro objecto habent personam ipsius rei in jus  
vocati. (3) Differentia non minima consistit in circumstan-  
tia temporis, quo illis sit utendum, illo enim Jure Judici  
ac parti jus erat atque fas, reum ante litis contestationem in-  
terrogare ad actionem formandam l. 1. §. 1. ff. de Interr. in jur.  
fac.



fac. hæc post eam, & vel ad actionem formatam infrin-  
gendam, vel ad exceptiones contra eam oppositas eliden-  
das diriguntur; Cæterum & Jure Romano antiquo tempo-  
ris aliquod spatium indulgendum erat reo interrogato ad  
deliberandum *l. 5. ff. d. tit.* nostro verò regulariter planè  
nulla alia dilatio danda est testi examinando, *vid. ta-  
men, que infra §. 38.* hac de re dicemus: Tandem differunt  
(4) *Ratione finis*, qui in illis ad sublevandam probationem  
tendebat, *l. 1. §. 1. l. 2. 3. 4. 10. 21. ff. dict. tit.* ast hic non tam  
relevatur probaturus, sed potius magis gravatur. Ex his  
itaq; satis apparet, quamvis aliqualem habeant nominis cog-  
nationem Interrogationes veteris illius Juris abrogati cum  
hodiernis interrogatoriis, differentiam tamen realem è  
nemine negari posse, esse maximam.

§. 4.

Origo eo-  
rum.

Originem vel ex jure *Nature* idè deduci posse, credimus,  
*quod Interrogatoria sint species defensionis*, alii illam Juri divi-  
no tribuunt, allegantes exemplum Danielis interrogantis  
testes contra Susannam se ingerentes. *vid. RULAND. de Con-  
missar. P. IV. l. 1 c. 2.* Quod verò attinet formam eorum  
specificam, satis clarè eam tum ex Juris Civilis, tum ex Ju-  
ris Canonici textibus probari posse arbitramur, & maxime  
ex *cap. presentiam 2. de testibus in sexto* per verba illa asser-  
tum nostrum satis stabilientia: *Secundum partis adversæ in-  
terrogatoria examines.* Sed rectius forsitan hanc eandem  
Juri civili tribues cum SCHILTERO *Comment: ad Reg. Jur.*  
*Et quidem ad Reg. 65.* ubi obvian-  
dis cavillationibus adver-  
sarii in articulos probatoriales redactis hæc interrogatoria  
adinventæ esse statuit, hinc est, quod & *in l. 2. §. 3. pr. ff. de  
est. satis* innuat Imperator in examinando teste, quam  
maximè inquirei deberi in conditionem ejus personæ, fidei,  
aliarumque qualitatatum, cujus rei exploratio cum partim  
judici ipsi, partim verò parti productæ incumbat, satis indè  
patet, eandem à judice ipso quidem, sed tum ex officio tum  
etiã ad instantiam partis mediante exhibitione interroga-  
toriorum esse suscipiendam. Imò jam Judæorum tempo-  
re



re hunc inquirendi in veritatem modum non fuisse incognitum probat RULAND. *de commiss. P. I. c. I. n. 4. §. 5.* ex aliis autoribus adstruens, ut olim tam ab actore, quam etiam à reo plerumque coram iudicibus fuerint examinati testes; hic verò mos antiquus postea temporibus citeriorum Juris-Consultorum abrogatus & in ejus locum alius surrogatus, quo Judici munus recipiendarum probationum demandatum fuit, an autem simul eidem concessa vel permiffa sit libera facultas etiam interrogatoria pro habitu conficiendi? simul satis clarè non deducit ibidem. Ex his igitur jurium fontibus usus eorum & in nostrum forum Saxonicum dimanavit.

§. 5.

Ueriori igitur explicatione aggredientes hanc materiam utilissimam, varias ejusdem *divisiones* sumus demonstraturi: Sunt autem 1) vel Substantialia, *quæ ad ipsum negotii statum pertinent*; vel 2) Cohærentia, *quæ circumstantias loci, temporis & c. spectant*; vel 3) ad cautelam facta & hæc *accidentia* concernunt, quibus testes suspecti redduntur; vel denique 4) inutilia, quæ per ipsam denominationem satis clarè evadunt. *vid. RULAND. de Commiss. P. IV. L. I. c. 4. n. 2.*

I. Divisio in

- (1) Substantialia,
- (2) Cohærentia.
- (3) Ad Cautelam facta.
- (4) Inutilia.

§. 6.

Dividuntur porro in *Generalia* seu *Preliminaria* & *Specialia*: Sunt autem *Preliminaria* iterum vel *ad causam* de *generalia* seu quibus queritur *an sint admitenda vel non?* Et quoad horum *preliminaria* & *Specialia* admissionem RULANDUS *P. IV. L. I. c. 5.* varias dissentientium Doctorum opiniones prolixè recenset, sed tandem remotis affirmantium rationibus pro negativa concludit, tam quoad *Preliminaria* ad causam Juris civilis, quàm Cameralis dispositionem, cujus rationem in eo consistere asserunt, quod potius ad reprobationem pertineant, quàm plerumque statum à producentium intendunt invertant. ZIEGL. *ad Tit. 20. O. P. S.* id quod Jure Saxonicum dubii habet, cum per ORD. PROC. SAX. *tit. 20. §. 2.* verb. *sollen dergleichen Preliminaria ad causam hinführo gänglich verboten seyn*: expressè sint prohibita &

2. Divisio in

- Preliminaria*
- ad causam*
- sunt*
- admitenda?*



à Judice ex officio refecanda, *vid. GUAZZINI. Crim. T. II. D. 28. n. 3.* adeò, ut partem talia offerentem arbitrarie pœnæ subiectam fuisse per sententiam in Supremo Appellationum Judio latam ex *Berlùbio* referat *MARTINI ad Proc. Sax. tit. 20. §. 1. n. 10.* ejusmodi tamen pœna in ipso textu *all' ORD. PROC. SAXON.* non reperitur expressa, quare etiam de ejus usu in foro meritò dubitandum, quum nec dispositio *ORD. PROC. SAXON. SUPER, LUSAT. P. I. tit. 17. §. Die Articuli &c.* quæ in simul ab ipsis allegari solet, pœnam ibidem expressam dicitet offerenti interrogatoria generalia ad causæ meritâ directâ, sed potius execrationes, prolixitates, jocos & ludibria quorundam interrogantium eâ lege coercet; si tamen vel ex errore & ignorantia super ejusmodi interrogatoriis præliminaribus ad causam directis examinati fuerint testes, eorum depositio habetur pro non facta & per *ORD. PROC. SAX. tit. 20. §. 2. in fine* in pronunciando præterri jubetur, & si nec præterita, nec expressè rejecta, sed probata fuerint, sententiam istam, utpote contra legem prohibivam latam ipso jure nullam esse statuunt. *l. 5. C. de LL. VANTIUS de Nullit. sent. quot & quibus mod. n. 53. Præliminaria propriè ita dicta seu ad personas testium directâ*, versantur circa vitam, fidem, conditionem & integritatem testis producti, item circa ejus ætatem, divitias, statum, artificium, patriam, nationem, familiam, domicilium, an sit producentis subditus, familiaris, socius, cognatus, affinis, amicus, inimicus? an quid illi testimonii causa promissum datumve sit? An ex suo testimonio lucrum, damnum, favorem, gratiam, offensionem metuat vel speret? &c: Et generaliter circa omnes omninò qualitates, propter quas vel à testimonio repelli, vel attestatio illius debilitari potest, quas circumstantias si non omnes, tamen potissimas singulari admodum cura congeffit *Dn. MARTINI ad Tit. 20. §. 2. Ord. Proc. Sax.* ubi simul earum receptionem in diversis Dicafteriis Prævinciarum Germaniæ cum utilitate parti productæ exindè proveniente commonstrat, cui jungendus *RULAND. de commiss. P. IV. l. 1. c. 7.* arbitrio tamen ipsius

*Præliminaria quoad personas testium.*



ipſius partis productæ relictum eſt in d. O. P. S. §. 3. Tit. 20.  
num exceptiones contra teſtium habitatem & admiſſibi-  
litate militantes ante examen allegare & deducere, an verò  
earum deducionem poſt examen uſque reſervare ſibi velit;  
ſi verò abſque contradicitione vel reſervatione admiferit  
teſtes ad juramentum & examen, neque interrogatoria gene-  
raliavel præliminaria contra eos formaverit, tacitè approbaſ-  
eosdem cenſetur, niſi inhabilitatis cauſa poſt peractum  
examen ad notitiam ipſius demum pervenerint, quod jura-  
mento ipſi aſſerendum erit.

§. 7.

Sicuti autem cauſidicis quibusdam non infrequens  
eſſe ſoleat, ut præliminaria hæc proprie ita dicta, vel ad de-  
licta, vel ad crimina à teſtibus forſitan commiſſa, vel ad  
alia facta injurioſa & infamantia dirigant, teſtesque ſuper  
iisdem interrogare petant, notumq; ſit vel omnibus, te-  
ſtem criminoſum nullam fidem facere, nedum ad teſti-  
monium dicendum, tam in cauſa civili quàm criminali  
admitti debere l. 3. §. 5. ff. & c. 13. & 54. X. de iſt. idè  
ante progreſſum ad ſpecialia non incongruè quaſtio hæc  
decidenda erit: Num teſtis ad interrogatoria criminoſa & vel  
generalia & indefinita? Ob er ſich öffentlicher Laſter? vel  
definita & ſpecialia, ob er ſich Diebſtahls / Ehebruchs /  
Mordes / oder dergleichen ſchuldig wiſſe? reſpondere de-  
beat? In decidenda hac quaſtione iterum diſtingui ſolet,  
an de proprio crimine, an verò de conteſtis ſui commiſſo inter-  
rogetur teſtis? Et illo equidem caſu omnes ferè Doctores  
in eo conveniunt, quod teſtis ad quaſtiones criminoſas  
indefinitas & ſpeciales reſpondere non ſit obſtrictus, eti-  
amſi crimen objectum ſit notorium: GUAZZINI Crimin. P.  
II. Def. 28. c. 6. n. 5. quia his admiſſis propriam turpitudi-  
nem detegeret, quam ipſe manifeſtare in alterius gratiam  
cogendus non eſt, l. 30. C. de Tranſact. l. 7. C. de Teſtib. RU-  
LAND. de Commiſſ. P. IV. L. I. c. 7. num. 2. ſeqq. MARTINI ad  
Proc. Tit. 20. §. 2. n. 103. ſeqq. BERL. P. I. Dec. 16. PHILIPP  
ad tit. 20. Ord. Proc. Sax. Conf. 2. Ubi ſimul præjudicium  
allegat,

Criminoſa

J. Civ. ſunt in  
admiſſibilia.

An teſtis ad  
criminoſa  
reſpondere  
debeat?

Neg.



allegat, sunt enim recepta interrogatoria circa testium examen, non ad personarum attestantium conscientias torquendas, sed ad facti circumstantias pro eruenda veritate explorandas. MEY. P. IV. Dec. 270. n. 1. Licet enim

*Affirm. non nulli sub certis distinctionibus.*

decisionem affirmativam sub certis distinctionibus vel etiam conditionibus admittant non pauci, inter quos est FULV. PACIANUS *de probat. Lib. II. c. 17. n. 52. seqq.* & ab eo allegati Doctores, negativas rationes tamen illis proponere satis dilucidè commonstrat RUTG. RULANDUS *loc. cit.* adversantium argumentis solida responsione satisfaciendo;

*Moribus nostris sunt prohibita.*

Quicquid tamen sit de rationibus ex fundamentis Juris Civilis desumptis, sanè hodiè constitutionibus publicis prohibitum est sub pœna arbitraria, ne interrogationes ejusmodi criminosa à parte producta exhibeantur, neque testis à judice desuper examinetur, *per RECESS. IMP. de anno 1654. §. 53. verb.* Es sollen aber keine Interrogatoria criminosa, & qua turpitudinem respondentis continent, bey Straffe nach Ermäßigung gesetzt / weniger aber der Zeuge darüber examiniret und befragt werden. Cui concordant plurimorum Statuum Imperii Constitutiones Provinciales. Sed hanc pœnam arbitrariam vel aliam quandam non deprehendimus in *Ord. Proc. Sax. expressum* forsitan idèd, quod hæc sanctio longè ante promulgatum Recessum Imperii sit edita, interim tamen ambigendum non est, quin hæc lex Imperii generalis, utpote à legatis Serenissimi Electoris Saxon. Joh. Georg. I. ad hæc Comitiamissis simul composita & subditos harum Provin-

*An testis ad criminosum prohibitionem ista stante, otiosa erit quæstio huic cognita interrogato, Si nihilominus testis ad criminosum interrogatorium affirmative respondet atque confiteatur delictum, sibi ipsi præjudicet? re. quod negat MARTINI d. l. n. 107. nocet tamen producenti, spondens sibi ut ipsius testimonio gaudere nequeat propter inhabilitatem personæ testis, NICOL. Proc. c. 60. n. 14. si tale sit crimen, ipsi præjudicet? quod fidem derogare possit testi producto. Quod si de*

*Negatur. criminibus ad solam exceptionem objectis testes convicti fue-*



fuerint, siue confessio poena ordinaria mulctari non debent, cum accusatio in ipsos secundum Juris ordinem non procedat, per enunciatum PONTIF. inc. I. X. de except. Confessio enim talis praëjudicat saltem quoad personam interrogantis, non verò quoad alios, arg. l. fin. ff. de Interr. in jur. fac. ibique BARTOLUS. Per quænam autem delicta inhabilem quis se reddat testimonio dicendo, hujus loci non est percontari, sed B. L. ad materiam de testium habilitate & recusationis causis remittimus, illud saltem adhuc notantes, quod secundum Doctrinam BARTOLI & BALDI à SEBAST. NÆVIO in *Systemate Juris ad Tit. de except. rei jud. Leg. 9. n. 2.* allegati neque etiam interrogationi implicitæ perjurio & turpitudine quis respondere cogatur.

§. 8.

Caterum, si casus existat, ubi contra hanc legem prohibivam ad criminosas quaestiones interrogetur testis, non tamen eidem propterea concedunt Doctores jus aliquod agendi injuriarum contra exhibentem, quum hoc juris sui defendendi, non autem injuriandi causa fecisse presumatur CARPZ. P. IV. C. 42. D. 7. LAUTERB. *Dissert. Accad. de Injur. lib. 26.* malle tamen hoc sub limitatione hac saltem admittendum esse, si nempe testis de crimine objecto vel in culpato vel confessus, vel etiam convictus, licet absolutus fuerit, alias enim vix ab injuriarum pulsatione tutus erit, qui virum integra famæ atque indubitatæ existimationis de crimine vel aliquo delicto famoso proprio examinare petat, cum hoc absque injuriandi animo fecisse dicendus non sit, & nullus dubitarem, quin ejusmodi parti interroganti vel iudici, maxime hac accedente prohibitione publica, purgatorium deficientis animi injuriandi imponi tuto possit: Interim experientia fori satis testatur, haud rarò contingere, ut testis in causa partium civili super interrogatorio criminoso vel injurioso examinatus ad præscriptum *Decis. noviss. 35.* retorquendo quasi respondeat: Das könne ihm kein redliches Mann nach sagen: Qualis vel similis responsio, licet injuriam non inferat parti, quum sit species retor-

B



retorsionis licitæ, interim tamen exiftimationem quadantenus corrodit & fuæ imprudentiæ imputet productus, quod cautius non egerit, stultè enim interroganti rusticè esse respondendum ait BART. *ad L. Domitius ff. de test. n. 1.*

§. 9.

*Nequè contra conscientiam agit testis ad criminosa interrogatoria responsionem denegans.*

Nequè contra conscientiam agere testem productum statuendum erit, si juramento de dicenda veritate generaliter præstito ad criminosa interrogatoria respondere renuat. Licet enim ad ductum *cap. 20. X. de jurejur.* secundum communioem interpretum sententiam, omne juramentum servari debeat quod absque dispendio salutis æternæ servari potest; hoc tamen saltem de juramento promissorio vel obligatorio & ex omnibus partibus suis perfecto intelligendum esse, nemo Moralistarum inficias ibit: Jam autem ad obligationem talis juramenti perfecti necesse erit, ut accedat animus deliberatus, & ut juraturus antè præstitum juramentum sit conscius ejus, quod jurare & per juramentum servare debet. GROTIUS *de J. B. & P. L. II. c. 13. §. 2. & 5.* nunc autem juramentum testium usitatum verbis generalibus est conceptum, de dicenda veritate super factis in articulis probatorialibus & desuper confectis interrogatoriis contentis, qualia juramenta cum pro natura negotii, cui accedunt & ex intentione ac præsumta voluntate jurantium interpretationem capiant. PUFENDORF *de J. N. & G. Lib. IV. c. 2. §. 11. & 12.* testis autem censendus sit, noluisse se juramento obstringere ad detegendam vel confitendam propriam turpitudinem, sed saltem ad dicendam veritatem de negotii ipsius facto ac circumstantiis, de quibus lis vertitur inter partes, atque sic ultra receptum morem jurandi non sit extendenda juramenti testimonialis obligatio, idèò secundum nostram opinionem tutam pronunciamus conscientiam testis jurati de delicto proprio interrogati, responsionem recusantis.

*Nec de crimine contestis interrogandus alter*

§. 10.

Neque aliter sese res habet, quoad effectum tamen saltem civilem, si de crimine, delicto vel infamia contestis



testis sui queratur alter testium: in hanc enim sententiam omnes tere Doctores paucis exceptis cœunt; unde Dn. MARTINI ad Tit. 20. Ord. Proc. Sax. §. 2. n. 114. seqq. & RULAND. c. l. c. 7. n. fin. hoc interrogatorium rigore Juris inspecto nequitiam proponendum esse testi statuunt, atque suæ opinionis consentientes habent non saltem leges atque Doctores ab ipsis allegatos, sed dubio procul etiam usum ac consuetudinem fori. conf. EXCELL. Dn. SCHWENDENDORFER. ad Fibig. Proc. P. II. c. 2. m. 2. Sect. 1. §. 4. reg. 10. n. 669. nequitiam tamen arridet hæc negantium sententia Dno BRUNNEMANNO Proc. Civ. c. 20. n. 56. ubi rationes Rulandi & Ummii non stringere, nulla tamen suæ opinionis allegata ratione asserit. Sed conciliari forsitan poterit Dominus Brunnemannus cum Rulando salva utriusque sententia, si Brunnemannum intelligamus loqui de eo casu, ubi testis non criminofus, seu qui super proprio delicto simul non fuit examinatus interrogatur, de quo casu cæteri Doctores, uti ex inspectione ipsorum patet, non cogitant, sed verbis expressis loquuntur de correo delicti; quod huic explanationi faveat vel ipse RULANDUS all. c. 7. in fine, ubi crimina testibus objienda modo ordinario probari debere, juri & æquitati consentaneum esse asserit nunc autem nulla juris ratio prohibet, testem à productum de crimine alterius contestis ordinario juris modo in reprobatione vel aliàs à productio interrogari posse, modò non fuerit confors delicti. l. fin. C. de accus. ex quo consequitur idem etiam eidem in interrogatoriis permiffum esse ad explorandam testis habilitatem, neque nos momentationes à Nobil. Dno. JOH. SAM. STRYKIO Diff. de Interrogatoriis ineptis §. 59. in contrarium adductæ, quasi admiffio interrogatorio super crimine contestis à teste fide digno explorando præparetur via inquisitioni contra eundem instituendæ. Jam jam enim circa finem §. 7. præstruximus, tanti ponderis non esse depositionem testium super criminibus ad solam exceptionem objectis in civilibus interrogatorum, ut poenâ ordinariâ mulctari queat convlctus, unde



unde sponte sua fluit, neque sufficientem esse solam alterius contestis etiam integræ famæ depositionem ad formandam inquisitionem specialem, non existentibus corpore delicti vel aliis probationibus ac præsumtionibus validis.

§. 11.

*Neque ad injuriosa respondere debet testis.* Neque, quæ hactenus de detrecta responsione ad criminosas interrogaciones adducta fuere, propter cognatam qualitatem malè ad injuriosa referri poterunt. Inter quaestiones injuriosas tamen non referendæ, quæ circa officium testis sunt propositæ, quum potius testium dignitas, officium & fides inde augeatur, quàm minuatur.

§. 12.

*Specialia et hæc*

Misis hisce generalibus ad specialia nunc progredimur, Dicuntur autem *interrogatoria Specialia*, sponderbare *Fragstücken / que pars ea, contra quam testes producuntur, ad articulos probatoriales ipsos, horum melioris explanationis gratia judici exhibere solet.* ALMER *Manuale Juris voc. Interrogatio §. 7.* & continent potissimum circumstantias loci, temporis, scientiæ vel propriæ vel alienæ, depositionis rationes &c. & seposita consideratione habilitatis personarum testium ad eorum dicta diriguntur, quas circumstantias omnes BRUNNEMANN, MARTINI alique causas forenses exponentes auctores, maximè verò RUTGER. RULANDUS in absolutissimo suo tractatu *de Commissar. & Commissionibus* peculiari cura demonstrarunt; imprimis autem circa horum confessionem cautum oportet esse Advocatum, ne ex incauta eorum elaboratione sibi & clientulo suo irreparabile accersat damnum, potissima enim cura atque industria Patroni in eo consistit, ne si forsitan circumstantias quasdam necessarias negotii controversi in porrectis articulis probatorialibus omiserit is, cui probatio fundamenti intentionis injuncta fuit; pars producta interrogatoria sua specialia super hisce circumstantiis omisis conficiat atque ita adversarii incuriæ subveniat, neque omnes negotii qualitates & circumstantias interrogatoriis includere consultum esse statuit RULAND. *d. l. c. 9. n. 3.* licet omnes



mnēs omninō in eorum elaboratione probē sint consideranda, non tamen semper exprimenda.

§. 13.

Hæc specialia iterum subdividi solent<sup>1)</sup> in Captiosa & non captiosa, cognitīs autem captiosis, *que nihil aliud sunt quàm quæstiones tales, ex quibus testis interrogatus positivè & categoricè respondendo, vel præjudicium aliquod contra suæ personæ qualitatem & fidem, vel contradictionem depositionum suarum metuendavi habet*; facile de non captiosis judicari potest. De captiosis autem tenet regula: *quod turpiter, impertinenter & captiosè interrogansi non sit respondendum.* NÆVIUS *Syst. Jur. Civ. ad l. 9. ff. de except. rei jud. n. 3.* ita optimo jure responsionem denegare poterit testis ita interrogatus, ut ex sua depositione perjurii convinci possit. BARTOL. *ad l. 26. §. 1. ff. de jurejur. n. 2. & ad l. 9. ff. de exc. rei jud. n. 1.* ne tamen utilia per inutilia vitientur, ideoque prudentis judicis erit, ejusmodi interrogatoria vel planè refecare *vid. SPECUL. de Test. §. jam & c. vers. caveat n. 19. partic. 4. part. I.* CHRISTIANÆUS *Vol. V. Dec. 28. n. 7.* vel ita resolvere, ut testis sine fraude & sine amphibolia ad ea respondere possit. *Brunnem. Proc. civ. c. 20. n. 56.*

§. 14.

Deinde & pro<sup>2)</sup> sunt vel pertinentia, *que statum controversiæ concernunt*, sive directè & principaliter, sive qualicumque levi etiam præsumptione. GAIL. *Lib. I. Obs. §. n. 4. vel impertinentia, que statum controversiæ ita non concernunt*, exemplum horum suppeditant præliminaria ad causam, utpotè quæ non ad probationem sed ad reprobationem pertinent: Porro in censum impertinentium prohibitorum connumerari jure possunt, quæ diras & execrationes imprecantur. e. g.: *Ob ihn der Teuffel hoblen solle / wenn es nicht wahr sey?* Quoniam secundo Decalogi præcepto de non assumendo nomen Dei in vanum & fini adinventorum interrogatoriorum contrariantur. MEY. *P. IV. Dec. 270.* & hæc in *Ord. Proc. Lusat. Super P. I. tit. 17. §.* Die *Articuli & c.* sub arbitraria pœna prohibita esse, supra §. 6. diximus



ximus. Ex his itaque quid de reliquis impertinentiæ speciebus statuendum sit, facile judicari poterit; quod si de pertinententia interrogatoriorum dubius sit iudex, potius admittere eadem debet *salvo jure impertinentium*, quam in præjudicium partis necessariorum] quid omittere, MARTINI ad Tit. 20. Ord. Proc. §. 7. n. 28. seqq. quo quidem casu pro cautela notari solet parti testes producenti observanda, ut in termino productionis protestetur de impertinentibus, captiosis & similibus non admittendis, cujus clausulæ effectus in eo consistit, ut Iudex postea in pronunciando illa rejicere possit, ac si nunquam admittenda fuissent. LANCELLOT. de Offic. Prator. in causa Civil. tit. de Post. n. 20. Neque infrequens est fori usus, ut super admissibilitate ejusmodi quæstionum mutuis positionibus inter partes concertetur & sententia iudicis lis ista finiatur.

*Norma.*

§. 15. Norma, secundum quam Interrogatoria conficienda, sunt tum Articuli probatoriales, tum momenta actionis à reo negata, tum etiam, licet abusu potius fori quam usu, exceptiones vel replicæ partis adversæ, extra articulos enim testis examinatus non probat. Minimæ tamen circumstantiæ sunt ponderandæ, quum sæpius totam causam variant.

*Causa efficiens remota*  
*causa Jus naturæ.*

§. 16. Causam Efficientem remotam constituimus esse Jus Naturæ, quia sunt species defensionis ad convincendum adversarium per depositiones testium ab eo ipso productorum.

*Proxima* *simmediata*, pars producta.

§. 17. Proxima eaque immediata est pars producta sive illa, contra quam articuli probatoriales vel reproboratoriales producuntur. Licet enim ex sententia quorundam dicendum foret, nec iudicem prohibendum esse cessante adversario interrogatoria conficere per l. 3. ff. de rest. c. cum causam 37. X. cod. l. 21. ff. de interr. añ. ad partem tamen, contra quam articuli sunt directi propriè pertinere interrogatorio-  
rum



rum confectionem statuimus, quoniam Judicis est, non probare, sed probationem à parte expectare. SCACC. *de Judic. l. 2. c. 7. n. 30.* id quod minus dubii habet in nostro foro Saxónico, postquam ex præscripto ORD. PROC. EL. *tit. 20. §. 1.* ad porrigenda interrogatoria, si velit, citari debeat adversarius DN. SCHWENDEND. ad FIBIG. *P. II. m. 2. p. 1423. edit. noviss.* Imò negari nequit, etiam consultius esse parti productæ, ut ipse ea conficiat, utpote qui rei controversæ meliorem notitiam habere solet, quam Judex; ut taceam Judicem multitudine causarum impeditum minori cum cura causam pertractare posse, quo & tendere videtur Jus Canonicum *in c. Præsentium 2. de test. in 6to.* quum & præcipuæ minutissimæque circumstantiæ partibus melius notæ sint, quarum scientia sæpè totam evertere potest causam adversarii, cum facti ignorantia peritissimos quosque fallat. *l. 2. ff. de Jur. & fact. ignor. & desuper partes majores rebus suis impendant curas, quam Judex alienis RULAND, d. l. c. 6.*

§. 18.

Quem in finem citari debet ea pars, contra quam productus batio per testes expedienda suscipitur, ad videndum pro-

ducit testes & dandum interrogatoria ORD. PROC. SAX. *tit. 20. §. 1.* licet id à producente non fuerit petitum, quo formali omisso, & productio emanante nec interrogatoria exhibente examen testium planè nullum esse, ex *l. 19. C. de test. colligunt Dd. apud BRUNNEM. ad b. l. n. 8.* & expressè habetur *c. 2. X. de test.* nec testes adversario non citato ullam fidem merentur. ANT. FABER. *ad Cod. L. IV. tit. 15. def. 61. ZIEGL. ad Prot. tit. 20.* Imò neque indicium sufficiens faciunt, neque sententia desuper lata, etiamsi coram Judice vel Principe deposuissent, valet, quia quoties de absentis præjudicio agitur, toties ei citatio vel denunciatio facienda est. *c. caveam & c. omnia caus. 3. qv. 9.* nec subsistere possunt, quæ lege prohibente facta sunt, *l. 5. C. de LL. ideo enim citatio Producti quam maximè necessaria est 1) ut videat produci testes, 2) præstare juramentum, 3) Ut possit, contra*

Causæ citationis



contra eorum personas, vel 4) contra ipsum Judicem aut commissarium excipere & appellare, vel 5) alium adjunctum petere, 6) interrogatoria exhibere, & 7) producentis forsitan non comparentis contumaciam accusare. NICOL. ad Proc. c. 57. n. 10. MARTINI ad Tit. 20. §. 1. n. 404. seqq. Uti autem nulla extat regula, quin habeat exceptionem, ita & superius tradita limitationem admittit in casibus quam plurimis, puta in teste examinando gravissimo morbo decumbente, ita ut mortem subeat; si periculum sit in mora & copia adversæ partis haberi non possit. SCHRADER. de Feudis P. II. part. 9. princ. Sect. 13. n. 113. vers. eodem modo reses. c. Quoniam 5. X. ut lite non contest. quas pluresq; alias exceptiones singulari cura congeffit MARTINI ad Ord. Proc. tit. 20. §. 1. n. 396. seqq. licet enim hac necessitate probata non facile dixerim, examen testium nullum esse, interim tamen ad plenam probationem nec etiam erit sufficiens, præmissis si non de probanda actoris intentione, contra quam Reo beneficium reprobatorium competit, sed de probanda exceptione ipsius rei agatur, hoc enim casu vitium ex intermissio examine testium super interrogatoriis actoris ex defectu citationis oriundum, vix aliter quam per repetitionem testium super interrogatoriis omisis purgari posse putamus.

§. 19.

Copia articu-  
lorum  
transmit-  
tenda.

Non autem requiritur nuda citatio, sed debet etiam simul transmitti copia articulorum appositis testium nominibus, quò super eis interrogatoria confici possint. ORD. PROC. d. l. cui fini spacium seu dilatio aliqua, est concedenda parti productæ elaborandis quaestionibus ejusmodi sufficiens, quod ut plurimum ad triduum restringit CAMILL. CAPUC. Praxi Judiciaria Tom. I. P. 2. c. 1. art. 4. n. 97. Licet alii hujus determinationem rectius arbitrio Judicis relinquant; quod si angustum nimis sit, vel aliàs ab elaboratione earum impeditus sit Productus, non prohibetur ejus prolongationem à Judice vel Commissario petere, certus quod hi petitis hisce, sumtibus tamen petentis sint gratifica-



tificaturi, nisi litis protelandæ causa eandem petitam esse  
appareat.

§. 20.

Sicuti autem liberum omninò est parti, contra quam  
suscepta est probatio, ejusmodi interrogatoria planè omit-  
tere, vel eorum contenta reprobationi reservare, quia fa-  
vori pro se introducto quilibet renunciare potest, neque  
dubium est hæc inventa esse in favorem producti & in hunc  
finem non imperativè sed saltem concessivè vel permisivè,  
si ita loqui liceat, verba ORD. PROC. Tit. 20. §. 1. sint con-  
cepta: Ita eadem alicui per viam Juris necessariò imponi  
vel specialia per Judicem ex officio suppleri debere, statuen-  
dum faciliè non est RULAND. d. l. 6. n. 4.

§. 21.

Neque censetur fateri contenta interrogatoriorum *Interrogato-*  
eadem exhibens, pariter uti nec probaturus ea, quæ in *via exhibens*  
articulis probatorialibus sunt posita. MART. ad Ord. Proc. non censetur  
Tit. 20. §. 2. n. 404. Licet de eo adhuc dubitet SCACC. de eadem fateri  
Judic. L. II. c. 7. n. 466.

§. 22.

Ut autem in Processualibus aliisve negotiis humanis *Causa Effici-*  
regulariter nemo prohibendus est per inter mediam perso- *ens* prox-  
sonam sua jura deducere, ita & hic productus per mandata- *mia* media-  
rium seu Procuratorem componere ea atque exhibere Judi- *ta* Procura-  
ci poterit; quæ potestas cuilibet Mandatario vigore sui man- *ter* producti.  
dati generalis à principali impetrati, concessa esse cense-  
tur, cum speciale mandatum non requirat. DN. SCHWEN-  
DENDÖ RFFERUS *7* *C*rus consummatissimus in suis notis ad Proc.  
FIBIG p. 1427. edit. noviss.

§. 23.

Cæterum ut Productus in termino productionis præ- Liberum est  
cisè compareat vel ipse, vel per mandatarium, cogi ne- producto an  
quit, sed potest, si velit, totum actum productionis & exa- comparere  
minis, porrectis interrogatoriis, legalitati Judicis vel Com- velit in Ju-  
missarii committere LANGE Proc. c. 54. n. ult. ex quo infe- dicio nec  
rendum, quod eo in casu, ubi pars ex contumacia eman- ne?  
C ferit,



ferit, tunc & absque periculo nullitatis examinandum te-  
stem ejusque depositioni fidem tribuendam esse, quoniam  
per contumaciam absens habetur pro presente, quoties de e-  
jus præjudicio agitur. MATTH. STEPH. *N. v. 90. c. 28.* Modo  
legitimis impedimentis non destituatur. Neque ut in Pro-  
cessu inquisitorio in præsentia inquisiti testes jurent, usi ser-  
uari, allegato præjudicio contra ZANGERUM *de Quæst. &*  
*Tort. c. 3. n. 47.* optimo jure asserit CARPZOVIVS *Lib. VI.*  
*Resp. 86. n. 17. 18.*

§. 24.

*Actor desit* Incidit hæc quæstio: *Anne e.g. actor, cui per senten-*  
*tiam probatam probatio actionis instituta fuit in juncta, si probationem*  
*tionis ad in- istam deseruerit, cum interrogatoriis suis adhuc ita sit admittentem*  
*interrogatoria sua in reprobatione a reo suscepta, ut puncta probationis de-*  
*tamen, ad scrie interrogatoriis includere possit? Otiosa forsitan di-*  
*mittendus erit.* cenda erit hæc quæstio, cum credendum faciliè non sit, reum  
desitituta ab actore probatione ad reprobationem fore pro-  
gressurum, quia actore non probante, reus absolvi debet.

Quoniam tamen casus dari faciliè possit, ubi actor non to-  
tam probationem, sed saltem aliquam ejus partem super  
uno alterove libelli articulo deseruerit, vel etiam impro-  
vidus reus nihilominus ad probationem proficiat, & sic  
quæstio hæc otiosa planè non sit, idèd brevibus saltem  
eamdem attingemus. Initiò autem censei possit, eum,  
qui Probationem suæ actionis vel totum vel pro aliqua sal-  
tem ejus parte neglexit, non admittendum esse ad interro-  
gatoria contra reprobationem rei confecta super ejusmo-  
di momentis, quorum probationem defenit, ne ei per  
indirectum concedatur, cujus per directum se indignum  
reddidit, beneficium culpa sua amissum; nulla tamen ap-  
paret ratio fundata, ex qua huic juri generali & cui pro-  
ducto uti absque limitatione concessum, is sit privandus,  
modo impertinentiæ vitio non laborent, quin potius fa-  
uitati suæ imputet reprobaturus, si præter necessitatem e-  
jusmodi articulos reprobatoriales conficere ausus sit, quo-  
rum omisio eidem insigniter fuisset profutura *conf. FULV.*

*PACIA.*



PACIANUS de Probat. L. I. c. II. n. 24. Similiter nec reus prohibendus est, omiſſa interrogatoria contra probatorios actoris articulos in formam articulorum reprobatorialium redigere. BERL. P. 1. Dec. 57. Licet negantium partes defendat OLDRADUS & ROTA ROMANA locis à REYGERO Theſaur. Jur. P. II. Tit. Teſtis addit. 71. fol. m. 1514. citatis.

§. 25.

Producuntur contra eum, cui probatio alicuius rei, vel reprobatio incumbit & ita in uno eodemque proceſſu certo reſpectu & pro diverſitate temporis confici poterant tam à reo contra actorem, quam etiam ab actore contra reum; Porrectis itaq; articulis probator talibus horum copia cum directorio & denominatione teſtium per ſupra §. 18. deducta parti ei, contra quam probatio ſuſcepta eſt, transmittuntur, conſeſſa ſimul eidem facultate, ut interrogatoria, ſi qui habeat legitima, ad ſummum in Termino productionis, niſi impetrata dilatione, porrigat.

§. 26.

Quod ſi itaque vel ante terminum productionis vel in ipſo exhibeantur quaſtiones interrogatoria & producens teſtes eaſdem inſpicere & perluftrare cupiat, quo de earum pertinentia & admiſſibilitate certus eſſe, vel ea propter excipere queat, hinc quaeritur: *Annon producenti teſtes, earum copia ſit danda? Vel ad minimum perſeſſio concedenda?* Plerique Doctores prius negant, invito producto, quorum numerum hic allegare ſuper ſedemus B. L. ad MARTINI Ord. Proc. Tit. 20. §. 2. n. 405. ſeqq. remittentes, moti hi ſunt tum lege, tum ratione; ſed quod ad legem, ſcil. Ord. Proc. Sax. tit. 20. §. 2. attinet ex verbis textus: *Ob ſchon Producent darvon keine Wiſſenſchaft hätte/* pro-  
hibito iſta deduci nequit, qua propter ratio à Dá allega-  
ta, quod ſcil. per conſeſſam communicationem mali-  
gnandi occaſio præbeatur probaturo, ut teſtes ſuper inter-  
rogatoriis inſtruere & ad dicenda falſa corrumpere poſ-  
ſit. 48. X. de Teſtib. magis admitti videtur, quia ſubornatio  
teſtium regulariter ulteriorem examinationem impedire  
C 2 folet.

*Subjectum  
patiens ſt  
Probat. ſeu  
producens  
teſtes.*

*An produ-  
centi ſit  
communi-  
canda?*

*Negantium  
rationes.*



folet. *Auth. At qui semel, C. de probat.* quæ ratio cum generalis sit, & à producente metuenda, siue copiam illorum impetraverit à parte, siue à Judice, ideòque ex ratione hæc adducta junctis aliis à RULANDO P. IV. L. I. c. II. n. I. seqq. allegatis, neutri permissum esse censetur, adversario communicare interrogatoria, nisi pars producta & cujus maximè interest, consentiat. UMMIUS ad Proc. Disp. 16. Th. 10. n. 73. vel producens testes satis prægnantes rationes alleget, quare hæc communicatio eidem sit concedenda, atque judex desuper affirmativè pronunciet, adversarius autem contra istam sententiam remedium aliquod vel suspensivum vel devolutivum non interponat, sed sententiam in rem judicatam ire siverit. NICOLAI Proc. c. 60. n. 6.

§. 27.

Sed affirmantium sententia, statuentium, producenti ad instantiam ejus non esse planè denegandam communicationem interrogatoriorum ex mente DN. SCHWENDEND, ad Fibig. p. 1418. seqq. edit. novæ magis corroboratur per d. Ord. Proc. Sax. §. 2. Si enim producenti licet excipere contra interrogatoriorum impertinentias, captiositates &c: omninò eidem permittenda est eorum perlectio, judice vel parte etiam renitente per sententiam concedenda, hoc tamen temperamento adhibito, ut (1) eidem saltem permittatur inspectio, non verò copia, nisi ex causa aliqua prægnante; (2) ne ei concedatur longum tempus ad deliberandum, sed (3) ut hoc fiat in ipso termino productionis & examinis testium, ne, si antea eorum notitiam consequatur, ei detur anfa instruendi testes. Neque etiam pro deneganda communicatione sat stringit ratio à metuendo periculo subornationis, instructionis, corruptionis, &c. desumpta. Primò enim periculum hocce per juramentum testium satis eliditur, deinde si hoc periculum non impedit spontaneam transmissionem articulorum probatorialium parti productæ concessam, sequitur, quod nec impedire possit communicationem interrogatoriorum à producente petitam, maximè prohibitione expressa non extante, quoniam pars productæ



ducta eadem facilitate testes in suas partes trahere, corrumpere & ad deponendum in suum commodum instigare posset.

§. 28.

Unde planè nullam recusationis causam videmus, si omne periculum subornationis & corruptionis cesset, puta si pars producta, & ejus Advocatus, Mandatarius vel Procurator integrè sint existimationis & conscientia, cessante enim ratione prohibitionis, cessat & ipsa prohibitio. Hinc re penitiùs inspecta asserere non veremur, perfectionem interrogatoriorum, præprimis in termino productionis petitam, producenti non facilè esse denegandam, quo & ipsum RULANDUM *de Commiss. P. IV. L. 1. c. II.* rationibus sat firmis inclinare videmus, niùtur enim sententia hæc 1) in æquitate correlativa, ex qua justum omninò est, ut producenti communicetur copia interrogatoriorum æquè ac producto articuli re-vel probatoriales fuere comunicati, validam autem esse ab articulis ad interrogatoria argumentationem dubio caret. 2) Quod in omnibus judiciis observantia sit receptum, ut in causis privatorum civilibus copia detur parti omnium eorum, quæ ab adversario contra eum fuere adhibita, modo ab eo petantur. 3) rationem ponit in utilitate, poterit enim, impetrata si non copia, tamen perfectione in continenti impertinentiam & inadmissibilitatem judicii exponere, eum statim implorare, ne testes super prohibitis & causæ non inservientibus interroget, sed potius recusationis causas perpendat, vel super iis pronunciarı curet; quod si nec hisce petitis annuere velit iudex, non deficiet aliusmodus perito Advocato, ut voti sui compos fiat, poterit enim excipiendo contra pertinentiam interrogatoriorum, mediante protestatione & appellatione interposita examen testium impedire, & hoc modo facili negotio copiam, inspectionem vel perfectionem eorum impetrare.

§. 29.

Visis itaque iis, quæ circa personam partis produ- *Subjectum*  
centis

C 3



agens est  
Judex  
&  
hic debet

centis & productæ sunt observanda, de Subjecto agente, cui ejusmodi interrogatoria sunt exhibenda, puta Judice, dispiciendum nunc est, An & in quantum nempe is in hac materia officium suum etiam non imploratus impertare possit? Et 1) quidem ad officium judicis spectat ei, contra quem proba-

1) Copiam- tio intenditur, copiam articularum cum nominibus te-  
articularum stium & directorio transmittere & eundem ad certum ter-  
producto minum productioni testium dicatum legitime citare, ad  
communicav- videndum produci & jurare testes, in simulque eidem no-  
re. tificare, ut interrogatoria, si quæ habeat, legitima in  
termino productionis exhibeat, non tamen de essentia  
citationis esse, ut mentio de interrogatoriis exhiben-

2) Juramentũ dis citationi inseratur, videri posset, quoniam hoc ut-  
testimonialie pote juris cuique producto liberum est, nisi hæc forma in  
adinterroga- ORD. PROC. Tit. 20. §. 1. Judici sit præscripta. 2) ut porrectis  
toria simul interrogatoriis sive ante Terminum productionis, sive in  
dirigere. ipso, formulam juramenti à testibus præstandi simul ad in-  
terrogatoria dirigat: Ich M. schwere zu Gott dem All-

3) Imperti- mächtigen / daß ich auf diejenigen Articul und Fragstü-  
nentia & in ken worauf ich werde befragt werden 3) ut impertinentia  
admissibilia vel alià inadmissibilia absque adversarii petitione rejiciat.  
rejecere. ORD. PROC. SAX. Tit. 20. §. 1. & 2. Ob er zulässige Interro-  
gatoria und Fragstücken darauf einbringen wolle. it. §.

4) Producto 2. dict. tit. conc. ORD. PROC. MAGD. c. 30. n. 3. 4) Ut producto  
cessante ipse interrogatoria non exhibente, ipsemet generalia, de ata-  
interrogato- te, cognatione, subornatione, inimicitia, &c. quorum  
ria quedam catalogum exhibet VOLCKMANN. arte Notar. P. I. c. 62. n.  
consistere. 21. item specialia super depositionis ratione & circumstan-  
tiis generalibus formet, & testes super eadem examinare  
faciat, id quod tamen de jure saltem communi dictum vel-  
lim, motus per text. in c. cum causam 37. X. de test. & Leyens  
Spiegel P. II. Tit. von Fragstücken / quem modum etiam  
recepit SER. EL. BRAND. in ORD. PROC. MAGD. de anno 1686,  
c. 30. §. 12. aliisque Status Imperii, adde Doctores à  
MARTINI ad Ord. Proc. Sax. tit. 20. §. 1. n. 475. allegatos,  
ubi simul ex Excell. DN. SCHWENDENDÖRFFERI notis ad  
Proc. FIBIG. P. II. o. 2. m. 2. sect. I. §. 4. n. 665. hanc in Ca-  
mera



mera receptam dispositionem limitat, ut jure nostro Saxonico non procedat, cum hoc jure confectio interrogatorum soli parti productæ sit concessa.

§. 30.

Sed ex subnexa à prædicto EXCELL. DN. SCHWEN-  
DÖRFFERO ratione altera ex l. 10. ff. comm. divid. §. l. 4. §. 8. *maximè si fuerit im-*  
ff. de damn. infect. defumta, quod nempe judex officium *ploratus.*  
suum non impertiatur, nisi implo-  
ratus, hæc quæstio oritur, *Anne eo in casu, ubi pars producta ipsa interrogatoria non exhibet, sed vel antè terminū productionis in scriptis, vel in ipso termino cretenus Judicem implorat, ut ipse ejus loco interrogatoria convenientia etiam super facto ejusque circumstantiis ex actis apparen-*  
*tibus, & depositionis ratione conficiat & testem desuper examinet;*  
*judici incumbat ejusmodi petita adimplere?* Affirmandam putamus hanc quæstionem esse, tum per hanc ipsam rationem, quod Judex officium suum impertire debeat, si fuerit implo-  
ratus, tum ex dispositione IMPERATOR. in l. un. C. ut quis def. adv. part. &c. si enim Judex in causis piis, personarum miserabilium, dotis per MATTH. de Afflict. Dec. 371. n. 2. si in causis publicis per l. 6. §. 5. ff. de Offic. Pras. si quando contra absentem in contumaciam procedit, non saltem ea, quæ juris, sed & ea, quæ facti sunt, supplere potest, & debet VASQ. Contr. L. II. c. 39. n. 21. nulla apparet ratio, quare nec idem ad instantiam partis in causis privatorum facere possit, imò debeat, maximè si factum ex actis appareat c. Dilecti 6. X. de Judic. cessat enim ratio suspicionis & recusationis adversus judicem non imploratum, contra facta partium in quirentem aliàs militans, undè interrogatoriis in scriptis exhibendis plerumque adjici solet clausula: RELIQUA SUPPLEAT INDUSTRIA JUDICIS &c. imputet tamen sibi productus, si minus providè concipiat interrogationes testium Judex, quod non ipse hanc curam, hunc laborem in se susceperit. Ex modo deductis tamen non possumus ad stipulari sententiæ eorum, qui statuere veriti non sunt, liberum esse judici in causis privatorum testes etiam interrogare ultra petita partis interrogatoria exhibentis extra articulos  
*An Judex ultra petita*  
&c.



*partis testes interrogare queat?* & interrogatoria, etiam in his, in quibus substantia rei non consistit. MARTIN. *ad Proc. Tit. 20. §. 2. n. 399. & 403.* licet enim hoc indaganda veritatis & detegenda simulationis ac falsitatis gratia concedendum fore putent, nemo tamen non vidit, hoc modo Judici omnimodam facultatem largiri, testem liberè & pro lubitu laqueis inexticabilibus implicari, ut taceam periculi ex favore Judicis alterutri partium inde facile metuendi: hoc tamen non est extendendum ad articulos obscuriores, item bimembres, trimembres, vel si Judex ex responsione testis animadvertat, ipsum interrogatorii sensum non rectè percepisse, nam hoc casu maximè re erit ipse producti, ut Judex claram & positivam responsionem testis eliciat.

§. 31.

5) *testes examinare.*

5) Cætera omnia observare & curare debet Judex, quæ in examinandis testibus aliàs ipsi incumbunt, & quæ longa serie recenset NICOL. *cap. 61. n. 4. seqq.* 6) Debet Judex in ipso examine testes primò super interrogatoriis generalibus, deinde super articulis & post singulos articulos, ad quos illi affirmativè responderunt, super interrogatoriis specialibus examinare *per Const. Elect. Sax. de anno 1663. Rubr. Wie in Civil- und Criminal- auch Inquisition- Sachen die Zeugen Registratur zu verfertigen.* Præterire autem debet interrogatoria Specialia ad articulos eos directà, quos testis vel negat, vel nescire se dicit.

§. 32.

*More antiquo Judex pars interrogare poterant testes.*

Ut ut autem more Romanorum ac Judæorum antiquo utriusque, actori scilicet & reo, interdictum non erat, ipsum testem tam super articulis, quam super interrogatoriis, in præsentia tamen judicis examinare, de qua re fufius videri poterit RULANDUS *de Commiss. P. I. L. I. c. 1. n. 5. seqq. ibique alleg.* moribus tamen nostris hic modus in desuetudinem abiit, potius examen istud expressâ sanctione Judici est impositum. Quod si autem Judex intermiserit expedire ea, quæ sui sunt officii, prohibenda non erit pars alterutra ea expressè à Judice postulare, neque absque sinistra suspi-



spicionis præsumptione omittere potest examen testium super porrectis à parte interrogatoriis petum. Si verò illud ex oscitatione vel ex proposito negligat, tunc examen istud quidem nullum planè non est, attamen denuò repetendum quoad interrogatoria, non verò quoad articulos probatoriales GAIL. *L. I. obs. 95. n. 7.* MARTÆ *Digest. Tom. I. Tit. Interrogatoriam cap. 7.* REYGERI *Thes. Pract. tit. Testis in addit. n. 52. 53. 74.* sumtibus tamen petentis repetitionem MART. *ad PROC. d. Tit. 20. §. 3. n. 187.* etiam jam facta publicatione attestatorum *c. 48. X. de Testib. tenetur* tamen parti ad restitutionem damnorum & interesse iudex RULAND. *de Commissar. P. IV. L. I. c. 1. n. 4.* CAPUC. *Prax. Judic. Tom. I. P. II. c. 1. art. 4. n. 104.* imò ipse RULAND. *P. IV. L. I. c. 12. n. 10.* recenset casum, ubi Commissario interrogatorium admiffibile tanquam impertinens rejicienti in Camera Imperiali injunctum fuit, ut suis sumptibus super interrogatorio rejecto testes repeteret; aliter se res habet, si culpa & negligentia ipsius partis non sint examinati super interrogatoriis. PACIAN. *de Probat. L. I. c. 64. n. 59. 60.* & ita in Camera pronunciarum ex MYSINGERO & GAIL. attestatur RULAND. *d. l. P. IV. L. I. c. 1. n. 3.* quo casu repetitio locum non habet, nec iteratò produci possunt, quoniam testes etiam sine interrogatoriis examinati nihilo minus probant. GAIL. *L. I. c. 95. n. 7.* maxime, si à parte non fuerint oblata MART. *Tit. 20. §. 1. n. 477. conf. MEVIUS P. IV. Dec. 250. 251. & P. VIII. Dec. 436.*

§. 33.

Quæ autem diximus de Iudice, regulariter intelligenda sunt de competente scil. illo, coram quo lis, de qua esse controversatur, agitur. Ab incompetente enim ejusve Commissario testium examen fieri nequit. MARTINI *ad ORD. PROC. Tit. 20. §. 3. n. 2.* nisi ejusmodi potestas eidem à competente fuerit demandata, quo in casu non propriam, sed alienam Jurisdictionem censetur exercere. Caveat tamen iudex, ne facilis nimium sit ad committendum hoc examen, nisi personis probatis, idoneis & neutri partium

D

su-



suspectis NICOL. *Proc. P. I. c. 54. n. 2.* neque etiam Notario  
foli CARPZ. *L. III. Resp. 87. n. 7.* sed curet eidem adjungi Sca-  
binum vel aliam personam fide dignam ad corroborandum  
hunc actum examinis, quia magis creditur Commissario qui  
adjunctum habuit, cum testem interrogavit, quam testi  
neganti se ita dixisse. FABER. *ad Cod. L. IV. Tit. 15. D. 53.*  
*conf. Recesf. Imp. de anno 1654. §. 52.* Sicut autem iudex i-  
psius rei competens, cujus forum sequi debet actor, non  
semper conjunctam habet jurisdictionem in personas te-  
stium, hinc observantia in jure fundata receptum est, ut ju-  
dex litis motæ vel ex officio vel ad instantiam partis  
SWENDEND. *ad PROC. FIB. P. II. c. 2. m. 2. Sect. 1. §. 4. reg. 6.*  
*n. 653.* alterum, cujus Jurisdictioni subsunt testes exami-  
nandi, per litteras requisitoriales, ad modum in testi-  
um examinatione usitatum, transmisissis articulorum  
& interrogatoriorum copiis, hoc examen committat, qui  
modus præprimis in Curia Electorali Saxonica est receptis-  
simus, hoc tamen cum moderamine observandus, ut in cau-  
sis ibidem pendentibus non statim ad nudam imploratio-  
nem partis probantis unâ cum porrectione articulorum fa-  
ctam, decernantur ejusmodi literæ, sed necesse est, ut prius  
audita utrâque parte sententia desuper feratur hunc in mo-  
dum: Und wird Klägern die gesuchte Commission billig  
mitgetheilet. & solet tunc iudex delegatus oblatam sibi  
Commissionem non facile recusare, nisi justas & rationa-  
biles allegare possit causas, quum autoritate & utilitate sit  
munus publicum *vid. RULAND. de Commiss. P. I. L. 2. c. 25.*  
*26. & 27.* Sed eandem omni, quo fieri potest, modo ex-  
pedire, & depositiones testium tam super articulis,  
quam super interrogatoriis judici deleganti clausas  
& sigillo suo obsignatas transmittere *c. 3. X. de fidej.*  
feriem procedendi uberius deducit LANGE *Proc. c. 54.*  
BRUNNEMANN. *Proc. c. 20. n. 55. seqq.* alia verò circa Perso-  
nam & officium tum Commissariorum tum aliorum, quo-  
rum opera utuntur observanda RULAND. *de Commiss.*  
Quid autem de Judice Compromissario examen testium  
susci-



inscipiente statuendum sit, sub certa distinctione deciditur  
in *L. ult. C. de Test.*

§. 34.

Porriguntur itaque Interrogatoria Judici, non verò  
parti ex consuetudine & lege provinciali modo allegata,  
imo moribus in toto imperio Romano, quantum quidem  
nobis liquet, receptis, quia hoc posteriori casu periculum e-  
vertendæ veritatis subest; Liberum tamen est parti pro-  
ductæ, an interrogatoria sua judici illi, coram quo lis prin-  
cipaliter vertitur, antè transmissionem Commissionis, an  
verò in ipso actu productionis melioris securitatis gratia ipsi  
delegato exhibere velit, unde etiam est, ut super admissibili-  
tate interrogatoriorum exorto dubio, quæstio ista tam corâ  
iudice delegante quam delegato ventilari possit. *RULAND.*  
*de Commiss. P. IV. L. I. c. 12. n. 1. seqq.* licet negandum non sit,  
cognitionem pertinentiæ & admissibilitatis potius compete-  
re Judici ordinario meliorem actorum notitiam habente,  
quam Commissario *vid. RULAND. P. III, Lib. I. c. 5.*

*Judici sunt  
porrigenda*

§. 35.

Judex itaque vel ejusdem delegatus aut requisitus  
exhibitis eidem interrogatoriis obstrictus omnino est, testes  
productos super iis pariter ac super articulis ipsis examina-  
re, & potius superflua admittere cum clausula salvo Jure  
impertinentium & non admittendorum, quam necessaria  
rejicere. *Nicol. Proc. P. I. c. 60. n. 11.* sicuti etiam ipsius offi-  
cii est, supplere ea, quæ legibus omisa sunt, *l. 13. ff. de test.*  
ita multo minus ea omittere potest aut debet, de quibus à  
partibus est imploratus, nisi iisdem de damno & interesse  
resarciendo velit esse obstrictus, vel ut suspectus remove-  
ri, aut pati, ut ad instantiam partis eidem Commissarius  
adjungatur. Provisus itaque Judex vel Commissarius ca-  
veat, ne interrogatoria, si quæ ipsi videntur impertinentia,  
captiosa vel in admissibilia ( talia tamen | modo indubitatè  
non sint: ) proprio ausu rejiciat, sed ut auditis partibus mu-  
tuis positionibus sententiam desuper ferat, quod eidem per-

D. 2

inde



inde ut de articulis ipsis erit permiffum, est enim ejusmodi pronuntiatio parti & Commiffario utilis, huic ut ex difputationibus partium dilucidius de veritate ipfi constare, illi verò, ut sententiam contrariam à viribus rei judicata suspendere queat.

§. 36.

Verum si contingat, ut testes super articulis à judice ordinario jamjam interrogati coram Commiffario adjuncto, vel etiam coram Principe causam avocante super interrogatoriis omiffis denuò examinari debeant, hæc quaestio exoriri solet, *An rotulus super articulis confectus, Judici vel delegato, vel causam avocante sit communicandus?* cum deficiente eo, vix commodè examen testis queat peragi; sed pro negativa decisum fuisse in Camera testatur RULANDUS P. IV. L. I. c. I. n. 3. etiam si sententiam affirmativam juri & æquitati convenientiorem existimemus.

*An rotulus super articulis confectus, Judici testes super interrogatoriis examinandi sit transmittendus.*

§. 37.

Objectum personale sunt testes

Causam materiale objectivam personale constitimus esse testes, prævia citatione à probaturo productos vel producendos, hos enim super interrogatoriis æquè ac super articulis ipsis mediante juramento examinandos esse, à Judice in dict. ORD. PROC. SAXON. Tit. 20. disponitur, adeò, ut perfectum dici nequeat examen, si super interrogatoriis absque justa causa non sint examinati. PACTIANUS de Prob. Lib. I. c. 64. n. 59. & RULAND. P. IV. L. I. c. 1. sed debet tunc testis denuò examinari etiam post didicita attestata, modo vitium hoc procedat ex culpa Judicis minus rectè procedentis, non verò ex culpa partis interrogatoria justo tempore non exhibentis c. 48. X. de testib. nec recusare possunt responfionem testes etiam ad interrogatoria, nisi sint vel *Testis super interrogatoriis non examinatus an sent arg. l. ii. §. 5. & 7. ff. de Interrog. imò sub certa pena ad re-denuò jurare spondendum compelli possunt.* ORD. PROC. tit. 22. Debet tamen



tamen hoc casu testis productus adhuc semel jurare de dicenda veritate super quaestionibus interrogatoriis, nisi prius juramentum etiam super his fuerit conceptum vel generaliter ad totam causam directum. Juramenta enim testium, quum sint individua, & vires suas etiam ad secundam depositionem exferant, ideo ex generalitate hac fuit praesumptio extensiva, vigore cujus effectus Juramenti merito & interrogatoriis erit tribuendus. PETR. SURDUS *Dec.* 16. quo casu tamen prioris esse commune faciendum testem asserunt HARTM. PISTORIS *L. l. qv.* 41. RHEYGERUS *Theaur. Jur. P. II. Tit. Testis in addit. n.* 68. & 74. Omnis enim vis ac potestas testationum ad effectum probandi, non vero ad informationem Judicis susceptarum, robur suum accipit à testium jurejurando, adeo ut nec fidem aliter facere credantur *l. 9. 18. § 29. C. de test.* quod secundum nostri Processus Saxonici Sanctionem expressam *tit. 20. §.* Wenn es nun &c. minus dubii habet, quoniam & publicatis jam attestationibus injurati testes repeti debeant, tam super articulis, quam super interrogatoriis, nullo alio casu excepto, nisi necessitate jurandi testi ex utriusque partis consensu remissa, in casibus scilicet remissionem admittentibus, quales non sunt criminales, matrimoniales aliaque ardua causa civiles. NICOLAI *ad PROC. P. l. c.* 58. n. 9.

§. 38.

Spacium aliquod deliberandi supra §. 19. dedimus ei, cui interrogatoriorum elaboratio competit, *annon itaque Antesti proetiam testi producto ante responsonem ad vel articulos vel ad inducto spacio interrogatoria, tempus aliquod sit indulgendum?* quaeritur: Affirmum ad remare videtur hanc quaestionem CAJUS *in l. 5. ff. de Interrog. spondendum in jur. fac.* ubi ei, qui interrogatur, an heres, vel quota sit indulgent ex parte sit, ad deliberandum aliquod tempus concedit; *dum?* sed tamen in consequentiam huc non est trahenda lex ista; primo enim *dict. l. 5.* intelligenda est de interrogatione in jure facienda, ubi reus ipse ante responsonem ad actionem propositam de titulo ac possessione sua interrogatur, quae species interrogationis juris antiqui ab hac nostra



materia multum differt, uti superius §. 3. fufius mon-  
stravimus; deinde ratio in l. alleg. quod nempe ex inconfulta  
refponfione incommodo quam maximo afficiatur reus, pro-  
pter pœnam inficiationis in teste interrogando, hic planè  
exulat, potius enim eum in finem inventa funt interroga-  
toria, ut testis absque longa præmeditatione de qualitati-  
bus & circumstantiis articulorum probatorialium vel con-  
fufè, captiosè, obscurè, vel generaliter confectorum ver-  
ritatem citius manifestet, unde etiam usu prohibita est in-  
terrogatoriorum communicatio, nisi ex iusta causa parti  
producenti facienda, uti jamjam §. 26. seqq. monuimus;  
Sed hæc ita sunt capienda, ut regulariter testis non gau-  
deat aliquo spatio ad deliberandum, nisi talis existat casus,  
ubi non statim certus est de re quæ sita interrogatus, vel  
etiam ubi agitur de facto antiquo incerto & obli- to; & ge-  
neraliter, ubicumque scientiam quandam se habuisse fatetur  
testis, sed memoria excidisse eandem asserit, de negandum  
ipfi neutiquam est beneficium aliquod temporis ad revo-  
candum in memoriam factum quæ situm cum suis circum-  
stantiis fortè oblitum, ne ex præcipitata refponfione con-  
scientiæ tranquillitas turbetur; fragilis enim & labilis est  
hominum memoria l. 44. & 47. ff. de acq. possess.

§. 39.

Uti autem testi extra articulos & ad non interroga-  
ta deponenti non creditur in his, quæ in articulis non con-  
tinentur, eò quod non juratus deponere censeatur, nisi  
veritatem in tota causa se dicturum juraverit, aut quod de-  
ponit, sit de connexis, deponentibus & accessoriis articuli

*Testi extra in* FARN. de Test. qu. 70. n. 13. 20. ita quæritur: *An idem juris sit in re-*  
*interrogat oria sponfione ultra contenta interrogatoriorum.* Et distinguendum  
*deponenti in* erit, an dicta testium extra interrogatorium contineant rati-  
*quant. an si-* onem depositionis, vel alias ad clariorè intellectum eorun-  
*des sit haben* de ferveant, an vero sint diversa ab his, quæ in interrogatoriis  
*da?* continentur. Illo casu, non verò hoc posteriori attendendam  
esse in pronunciando depositionem testium, etiam extra inter-  
rogatoria factam; dicendum erit, quoniam ad causæ princi-  
pales discussionem & promotionem quam maxime facit, ob-  
ftri-



fricti etenim sunt testes dicti sui rationem etiam non interrogati allegare. BRUNNEM. ad L. IV. Cod. de test. n. 3. quod maxime in probanda feloniam locum habet. ROSENTHAL. de feudis c. 12. conclus. 19. n. 35 & in probanda negativa PHIL. DEC. Conf. 658. n. 10. item si deponit super negotio, quod potius intellectu, quam sensu percipitur; contra si de ratione dicti interrogatus vel nullam vel non adequatam reddere queat testis, ejus depositio habetur pro nulla. BRUNNEM. Proc. Civ. c. 20. n. 71. Plures casus, ubi testis rationem dicti sui reddere debeat vel non, recenset TRENTACINQV. L. II. Var. Resol. Ref. 2. Tit. de Test.

§. 40.

Constat autem, testi producto vel producendo denegandam esse petitam communicationem interrogatorum. MARTINI ad ORD. PROC. SAX. tit. 20. §. 2. n. 266. licet eandem secundum praxin Romanam admittendam esse statuatur ALEX. RAUDENSIS Dec. Feud. Pisan. n. 56. Quis enim non videt periculum atque prejudicium alterutri partium inde metuendum? exceptionem tamen pati posset hæc regula, si forsitan testis interrogandus usum aurius morbo vel alio casu fortuito perdiderit, quo casu copiam non saltem articulorum probatorialium, sed etiam interrogatorum eidem in scriptis communicandam, imò & responsum ejusdem in scriptis admittendam esse dixerimus cum MARTINI ad Ord. Proc. tit. 20. §. 3. n. 206. licet depositio in scriptis regulariter sit prohibita. c. Testes. caus. 3. qv. 9. l. 3. §. 3. & 4. ff. de Test. quia tunc præmeditatè scribere, censetur testis. MEY. P. V. Dec. 12.

§. 41.

Citra controversiam quidem notum est, probationem omnem per testes vel documenta suscipiendam, semper expediri debere sumtibus probaturi siue actor is sit, siue reus L. II. C. de test. & c. II. §. proferendo, de Reser. in 610. Resol. Grav. de anno 1661. Tit. von Justitiens Sachen. §. 41 & intelligendum hoc est generaliter de sumtibus universis tum ipsi testi pro victu & itinere erogandis, tum Judici & Actuario exsolvendis; Priorum determinatio pro conditio-

Testi non  
sunt commu-  
nicanda in-  
terrogatoria

Cujus sum-  
tibus testis  
super inter-  
rogatoriis  
examinan-  
dus?



ditione: personarum, longitudine itineris, similiaque circumstantiarum, iudicis arbitrio est relicta, nec obstricti sunt testes citati prius comparere; quam sumtum nomine ipsis satisfactum vel cautum fuerit *l. 3. §. 4. ff. de L. ii. C. de Test.* at posteriorum quantitatem SEREN. ELECT. AUGUSTUS in *Const. Torgav. de anno 1583. Rubr. Die Notarien belangend. de Sc.* ut plurimum iudici præscripsit, quam tamen taxationem simul ad interrogatoria extendi non debere asserit. CARPZOVIVS *Lib. VI. Resp. 104.* sed Notario iudicii integrum esse, pro ratione oneris peculiare liquidare expensas, salva tamen moderacione iudicis, nisi alicubi locorum per constitutiones provinciales aliud quid sit introductum, uti per *ORD. JUD. ELECT. BRAND. NOV. c. 9. §. 4.* dispositum, vigore cuius pro interrogatoriis, si non plura quam quinque ad singulos articulos sint confecta, ultra taxam in d. Ord. statutam aliquid petere interdictum est actuario iudicii. Licet autem omnia hæc ita se habeant, per sanctionem tamen expressam adhuc indecisa mansit quaestio ista: *Anne sumtus pro interrogatoriis concessi & iudicis determinationi relicti ab ipso producente testes, utpote cui per modo allegata erogatio omnium in universum expensarum incumbit, an verò & parte producta & interrogatoria exhibente sint exsolvendi?* Sane non ambigimus eorum suppeditationem parti productæ esse injungendam, maxime si numero eorum nimium aucto laborem non exiguum impenderit iudex; quod enim de examine sumtibus producentis expediendo statutum reperitur in legibus, intelligendum regulariter est de sumtibus, necessariis ac moderatis *l. 39. §. fin. ff. de damn. infect.* nec eò extendendum, si pars producta porrectis coacervato numero interrogatoriis laborem examinis plurimum augeat, tunc enim partem sumtum bene injungere potest iudex producto, habita ratione laboris per interrogatoria aucti. Si enim in negotiis iis, quæ pro utilitate utriusque geruntur, sumtus quoque à partibus communiter sunt providendi per *cap. ii. §. provisurus & §. Assessorem, de Rescriptis in 610, nul.*



6to, nullum restat dubium, quin à productio causante per interrogatoria expensarum augmentum, eadem inferenda, modo hoc à producente urgeatur, vel statuto aut consuetudine mos iste sit receptus, ita in Cancellaria Regiminis Seren. Principis Domini Mauritii Wilhelmi Ducis Saxon. & Postulat. administr. Episc. Naumburg. expensæ interrogatoriorum adversario etiam non urgente semper parti interrogatoria exhibenti imputantur, idem cum SEVEROLO de Remissionibus cap. 29. statuit CAM. CAPUC. Prax. Jud. T. I. P. 2. c. 3. art. 3. n. 167. & ita pronunciatum meminimus tum à Dominis Scabinis Lipsiens. Mens. Junii 1698. ad Requis. Præs. Lips. in causa C. J. B. rei & producentis, hæredum J. de B. actorum & productorum: Es ist auch Kläger diejenige nigen Unkosten / so er durch seine Interrogatoria verurthet / bey Ablösung des über den Gegenbeweiß gefertigten Rotuli in Zukunft mit beyzutragen verbunden; tum etiam in supremo Appellationum Judicio Dresdensi d. 26. Febr. 1701 in causa injur. C. S. d. L. Appellantin contra H. F. B. P. Appellaten; jedoch soviel Appellante betrifft mit dieser Erklärung / daß Appellat diejenige Unkosten / so er durch seine Fragstücken verurthet / zu Ablösung des über den Gegenbeweiß gefertigten Rotuli in Zukunft mit beyzutragen schuldig.

§. 42.

Sed limitationem patitur hæc sumtuum collatio in expensis Commissario vel delegato ad instantiam unius saltem partis, non verò à Judice ordinario ex officio dato exolvendis, quum enim commodum ex petita commissione principaliter redundet ad petentem, meritò & is solus subministrabit salarium & cæteras expensas Commissario debitas, vid. Resol. Grav. de anno 1657. Tit. von Zustitien. Sachen §. 41. etiam si pars adversa interrogatoria exhibeat. vid. RÜLAND. P. I. L. 6. c. 12. n. 1. 2.

§. 43.

Quod qualitates testium & exceptiones iisdem opponendas, item eorum productionem & similia attinet, hujus loci non est, prolixius discutere, cum propriè non ad hanc materiam, sed ad ipsum examen testium, cujus hæc saltem

E



saltem species quædam est, spectet. Illud saltem præteriri nequit, quod testis officium in examinationis actu consistat in respondendo tam ad articulos quam ad interrogatoria, unde secundum Doctrinam JOH. BAPT. COSTÆ *de Jur. & fact. ignor. Cent. 1. dist. 9.* testis nolens simul respondere interrogatoriis partis, nihil probat, sive in Civilibus sive in Criminalibus causis fuerit examinatus, cujus ratio dubio procul in præsumto favore testis pro producente consistit.

§. 44.

*An autem est bus in termino productionis componentibus & interrogatoriis justo tempore exhibitis, aut examine forsitan ex contradictione testium aliove casu frustrato, quibusdam numero testium interim de mortuis, alii in horum locum sine surrogandi? dubio quidem caret, adeo ut & in locum unus duo etiam pro ratione circumstantiarum surrogari possint, uti judicatum fuit in supremo Elect. Sax. Provoc. Judiciio d. 25. Aug. 1700. in causa injur. C. S. v. E. Apellantis contra M. E. v. P. Apellati? Das in erster Instanz wegen des 4ten Gravaminis übelgesprochen und wohl appelliret / derowegen Apellanten gestalten Sachen nach an statt des verstorbenen Zeugen Hinf. Billings die fol. 89. b. Act. Imæ Inst. angegebenen Zeugen (erant autem duo) zu substituiren nicht unbillig nachgelassen wird. An vero concessa ejusmodi substitutione parti productæ integrum si priora interrogatoria mutare, revocare & planè alia conficere? expeditum non est. Nos distinguendum esse putamus inter interrogatoria ea, quæ merita causæ, & quæ qualitates personarum concernunt, ut hæc, non verò, illa mutare liceat. Si verò prioribus testibus omnibus mortuis probatorum permittatur aliorum denominatio, tunc existentia ALEX. RAUDENS D<sup>o</sup>c. Feud. P<sup>o</sup>ss<sup>o</sup>n. 5. n. 57. novis testibus productis nova etiam interrogatoria omninò sunt concedenda.*

An vero hoc casu priora interrogatoria mutare vel revocare possit?

Objectum reale sunt cause ea, in

§. 45.  
Objectum personale excipit reale, quod sunt omnes cause, quarum probatio per testes peragitur, sive ordinariæ illa



illa sunt, five extraordinariae vel summariae. MAGN. DN. quibus inter-  
 SCHWEDEND. ad PROC. FIBIG. P. II. c. 2 m. 2. Sect. 1. §. 4. v. rogatoria  
 10. reg. 1. p. 1414. edit. noviss. hinc admittuntur (1.) in cau admittuntur  
 fis Mercatoris, praë primis hic Lipsiæ coram Judicio Merca- ut  
 torio per ORD. PROC. MERC. Tit. 16. (2.) In actione injuriarum 1.) in merca-  
 deprecatoria. EXCELL. DN. SCWEND. d. l. Sect. 3. p. m. 1494. toriis.  
 (3.) in Matrimonialibus teste DNO. CARPZ. Jurispr. Eccl. L. 2. in causis  
 III. D. 28. & DNO. BERGERO Jcto in Electis Proc. matrim. injuriarum  
 2b. 10. II. & 38. (4.) in probatione ad perpetuam rei memoriam 3.) in matri-  
 MEV. P. VI. Dec. 303. (5.) in probatione pro exoneranda con- monialibus.  
 scientia admittuntur quidem interrogatoria generalia non 4.) probatio-  
 nem specialia ad merita causæ directæ, ut ut enim DN. ne ad perpe-  
 BRUNNEM. Proc. Civ. c. 23. n. 14. eadem admittat, etiam su- tuam rei me-  
 per circumstantiis & qualitatibus articulorum, nec non su- moriam.  
 per te lium personis, eò quod eorum usus nullibi sit pro- 5.) in proba-  
 hibitus, quin potius & in ipsa Saxonia olim de hac con- tione pro ex-  
 troversia multum disceptatum fuerit, prout hoc patet ex oneranda  
 AUR. CONSULT. Constitut. Saxon. Tom. 1. P. III. qu. 1. & Tom. 2. conscientia,  
 P. III. qu. 1. cum tamen in ORDIN. PROC. SAX. tit. 19. §. 2. &  
 P. I. Const. El. XIV. contraria deferentis probatio hoc in ca-  
 fu expressè sit prohibita, cui non tantum simillima sunt inter-  
 rogatoria hæc nostra, sed & ipsa reprobatio iisdem contine-  
 atur, non poterit non hæc prohibitio probationis contrariæ  
 ex rationis identitate & intentione Serenissimi LLatoris  
 huc applicari vid. CARPZ. Resp. 50. Lib. III. atque statui ju-  
 re Saxonico Electorali veteri nulla admissa fuisse interro-  
 gatoria, sed cum tandem rationibus in utramque partem  
 satis fundatis inter Dicafteria harum Provinciarum nova  
 dissidia oriri viderentur, Serenissimus Elector Saxonie  
 JOH. GEORGIUS II. in Deciss. Noviss. 19. ea in consonantiam  
 redegit, noviter fanciendo & ORD. PROC. eò declarando :  
 Daß bey einer sothanen Beweßung (scil. zur Vertretung  
 des Gewissens) nicht allein keine Gegen-Beweßung/ sondern  
 auch einige Interrogatoria in meritis, und soviel die Haupt-  
 Sache betrifft/ nicht angenommen/ wieder der Zeugen Per-  
 son aber zuläßliche interrogatoria verstatet werden sollen.



6.) in Pro- (6) in *Processu Prolocatorio*, quia in eo delationi jurisjuran-  
 cessu provo- di locus non est: (7.) in *recognitione documentorum per re-*  
 catorio. *stes expedienda*, ORD. PROC. SAX. tit. 25. §. 4. ibique MARTINI  
 7.) in reco- n. 5. & 6. & ab eo alleg. *Doctores*, quod tamen iterum sub  
 gnitione Do- certa restrictione saltem admittitur ut scilicet talia interrogato-  
 cumentorū. ria non ad merita & contenta ipsius Documenti recogno-  
 8.) in causis scendi, sed ad formam tantum externam manus & figilli di-  
 summaris. rigantur (8) in *causis summaris*, modo demonstratio hæc  
 9.) in *oculari inspectione*. certis articulis sit inclusa. SCHWENDEND. d. 1. & MARTINI  
 IO. in *oculari inspectione*. ad PROC. SAX. Tit. 20. §. 1. n. 478. (9.) in *oculari inspectione*  
 bus *causis ordinariis*. RULAND. P. W. L. I. c. 10. n. 4. & tandem (10) in *omnibus ali-*  
 ordinariis. *is causis ordinariam probationem recipientibus*.

§. 46.

Occasione quaestionis in §. precedente n. 5. ventila-  
 An licita sit ta non ita pridem aliud sese obtulit dubium num scilicet me-  
 probatio pro diante interrogatoriorum exhibitione producta pars conscientia-  
 exoneranda am suam defendere possit contra juramentum à reprobato reo  
 conscientia ipi d. latum? Casus esto talis: Peracta ab actore probatio-  
 per modum ne ordinaria, suscepta à reo reprobatione, majori ex parte  
 interrogato- per testes expedienda articulorum quorundam qualitas sci-  
 riorum. entia atque conscientia actoris commissa fuit, delato si-  
 mul eidem jure jurando in casum negationis, actor hosce  
 articulos eorumque contenta negat, ac super negatis benefi-  
 cium defensionis conscientia sibi expressè reservat, eum-  
 que in finem interrogatoria sua intentioni inservientia con-  
 fici, atque testes reproducendos tam super articulis repro-  
 batorialibus, quam super interrogatoriis intra fatale Saxoni-  
 cum examinare curat, profiteturque palam coram iudicio,  
 se loco formalis probationis pro exoneranda conscientia i-  
 psi permittè, uti velle depositioni testium super interroga-  
 riis suis iusto tempore exhibitis, queritur: *An sit audiendus?*  
 Primo intuitu equidem videri possit, quod non; quoniam  
 probationis cujuscunque & sic etiam ejus, quæ pro con-  
 scientiarum defensione suscipitur, formale in eo consistit,  
 ut in modum articulorum probatorialium, non verò in mo-  
 dum interrogatoriorum formetur, quin quod interrogans  
 plauè



planè non probet, sed probationi adversarii sui interesse gratia faltem accedat. Quod si tamen actor totam vim suæ probationis in dictis testimoniis super interrogatoriis positam esse velit, suamque mentem judicialiter ad acta declaret, atque intra Terminum Saxonicum interrogatoria Judici exhibeat, hæc verò & ita sint comparata, ut ad articulos probatoriales quadrent, vel alias non sint impertinentia vel inadmissibilia, hisce sanè præsuppositis, non videmus rationem sat prægnantem, quare non sit admittendus; formalis enim & articulata probatio in hac privilegiata, faltem in gratiam juraturi est introducta; neque est, quod conquatur deferens, primò enim potuisset ipse probationis onus in se fuscipere; deinde ipsi aliàs interdictum est, in hac probatione quaestionibus interrogatoriis specialibus uti, generalibus autem contra personas testium directis ideò opus planè non erit, utpote quos producendo ipse approbavit: si verò contingat, ut exorta inter partes disceptatione super pertinentia articulorum reprobatorialium, hi verò pro inadmissibilibus sententia fuerint declarati, probatio pro exoneranda scientia pro deferta habenda, neque probaturo regressus ad juramentum erit concedendus, nisi currente adhuc fatali aliòs articulos probatoriales confecerit, justoque tempore exhibuerit: neque quicquam ponderis in contrarium habet argumentum defunctum ab effectu hujus probationis & quod antequam ad sententiam definitivam procedatur judici patere debeat, an pro sufficiente sit habenda probatio suscepta, an verò jusjurandum delatum prius sit præstandum, hic autem finis obtineri nequeat ante probationis publicationem, neque hæc, quatenus causæ principalis merita concernit, prius sit admittenda, antequam omnia sint peracta; esto enim, depositiones testium ad interrogatoria à juraturo exhibita, pro sufficientibus a Judice non esse habitas, ut relevent probantem ab onere jurandi, nihil sanè obstat, quo minus Judex re ita exigente vel susceptam pro insufficiente, sententia interlocutoria declarare, & juraturo præstationem juramenti imponere vel etiam



probationem cum juramento pro deferta & in causa definitivè pronunciare possit.

§. 47.

*An in processu criminali locum habeant?*

*De Processu Criminali & an in eo locum sibi vendicat Interrogatoriorum exhibitio? videamus, licet autem nullum dubium sit in ordinario accusandi modo undique eadem ac in alia causa civili ratione procedi solere, ac proinde etiam communicationem articulorum & interrogatoria admitti vid. CARPZ. Pr. Cr. P. III. qv. 114. in diversas tamen ivere sententias Doctores bene multi, si non accusatoria sed inquisitoria via, prout in nostro foro Saxónico plerumque fieri solet, procedatur. Sed hic iterum duo ponendi sunt casus. I.) Utrum inquisito liceat dare interrogatoria pro de ducenda sua innocentia? II.) An etiam Judici permissum sit contra Inquisiti articulos defensionales & extra eosdem Testes interrogare? Quoad priorem quaestionem dubium non est, quin Jure Civili & Imperii concedenda sit inquisito facultas dandi Interrogatoria vid. CARPZ. Pr. Crim. P. III. qv. 114. n. 18. seqq. MEV. P. II. Dec. 321. n. 9. aut Jure Saxon. per Rescriptum Electorale Scabinis Lipsiensibus anno 1579. transmissum, contrarium sancitum videtur, cujus rescripti tenorem quoad hunc passum invenies in Ord. Appell. CHRISTIANI. II. de anno 1605. Tit. Wer vor unserm Appellation-Gerichte geladen &c. Sed verba hujus Rescripti penitus intuenti statim apparebit, hanc prohibitionem non ipsos criminis alicujus accusatos, sed eorum Advocatos principaliter tangi, in verbis: sondersliche Interrogatoria aber durch die Advocaten zu übergeben &c. Ipsi verò inquisito concedendam vel permittendam esse eorum exhibitionem omninò credimus, si animadvertat, testes super ipsi imputato crimine fore examinandos, cum enim in processu inquisitorio testimonium defensionale succedat in locum reprobatorii in civilibus usitati, atque in hoc omnino integrum sit reo contra probationem actoris interrogatoriis convenientibus uti, vel etiam eosdem testes reprobando pro-*

*Inquisito  
junt concedenda.*



ducere, nihil obstat, quare non admittendus sit criminis alicujus inculpatus cum suis interrogatoriis in examinis testium adhuc expediendo etiam in processu inquisitorio, ne forsitan defensio ipsius periclitetur, vel sumtibus alias parcendis reus involvetur, modò eadem absque ambagibus proponat, & huic sententiæ assentientes invenimus CRISTUM de *Judic. Delict. P. IV. c. 28. n. II.* imò ipsum SACRATISSIMUM ELECT. SAX. AUGUSTUM in alleg. *Rescripto* verb: *Allein wenn ein Gefangener für sich selbst ohne Advocaten und andere Weitläufigkeit bäthe/ man wolte zu Ausführung seiner Unschuld die Zeugen/ so verhöret werden sollen/ dieses oder anders halber auch befragen/ damit würde er billig zu gelassen/ und die Zeugen darüber so wohl als auf die Articul gehöret.*

§. 48.

Imò valde singularem observare nobis contigit casum, ubi in processu inquisitorio etiam ipsis denunciatis per Rescriptum concessa fuit facultas ad denunciata & per testium quorundam depositiones juratas probata delicta suam responsionem in scriptis exhibere, id quod sanè absq; communicatione & copia tum denunciationis ipsius, tum articulorū & ad eosdem responsionis testium fieri non potuit. Quum enim ad denunciata M. F. et Conf. contra W. C. P. & J. G. M. & Conf. denunciatorum in puncto aggressionis armata in via publica commissa Commissario causa rescriberetur sub dato d. 25. Sept. 1699. Worauf hiermit Unser Begehren/ du wollest nunmehr über der abgehörten Zeugen gethane Aussage die Bekk. unverlangt vernehmen/ so dann die Acta zum Verspruch Rechtens schieffen/ und Uns das erfolgende Urtheil uneröffnet allergerhorsamst einsehen &c. denunciati verò W. C. P. & J. G. M. precibus supplicibus instarent, ut ad responsionem in scriptis admitterentur, nihil remorante denuntiantium contradictione, aliud hujus tenoris sequebatur rescriptum in favorem supplicantium sub 12. Dec. ejusdem anni: *Darauf begehren wir hiermit / du wollest was P. und J. G. M.*



J. G. M. belanget/ die untern 25. Sept. lauffenden Jahres  
anbefohlene Vernehmung gesuchter massen in Schrifften  
geschehen lassen. Exindè itaque tuto concludere licet, mul-  
to magis criminis reum audiendum esse cum interrogato-  
riis, statim in limine inquisitionis porrectis.

§. 49.

Non vero  
Judici con-  
tra Inquisi-  
tum.

In posteriori autem casu propter defensionis & libera-  
tionis favorem Judici regulariter neququam conce-  
dendum esse interrogatoriorum usum contra arti-  
culos rei defensionales adstruit, CARPZOVIVS *Lib.*  
*VI. Resp. 86. n. 17. & in Proc. Inquisit. idiomate germanico e-*  
*dito tit. 8. art. 3. n. 5. CRUSTUS de Indic. Delict. P. IV. c. 28. n. II.*  
Limitat tamen hanc sententiam CRUSTUS *cit. loc.* in casu  
metuendæ subornationis vel collusionis, hanc tamen  
limitationem non agnoscere Dicafteria Saxonica mani-  
festum est, uti id patet ex biga præjudiciorum à CARPZ.  
*all. Resp. 86. n. 12. 15. & 16. allegatorum*, in quibus fal-  
tem permittitur Judici causas suspitionis contra testium  
personas aliasque circumstantias similes ipsi subortas, an-  
te transmissionem ad concipiendam sententiam ad acta  
consignare.

§. 50.

vel  
Non ad-  
mittuntur.

1) in Pos-  
sessorio sum-  
marissimo.

2) in Cau-  
sis summa-  
riis.

Cognitis itaque causis, in quibus interrogatorio-  
rum admisso est licita, facilius judicatu sunt ea, in quibus  
eorum exhibitio est prohibita vel interdicta. Et tales sunt  
(1.) *Cause possessorii summarissimi seu momentanei* DN.  
SCHWENDEND. *all. loc. p. 1414. MARTINI ad Proc. tit. 20. §.*  
*1. n. 486. ibique allegati Doctores*, inter quos dissentien-  
tem POSTIUM *Tr. de summarissimo Possessorio obs. 91. vel se-*  
*cundum alios obs. 84. citat*; cui ad stipulatur MEYRUS *P. VI.*  
*Dec. 303. n. 3. cujus tamen opinio in nostris Dicafteriis nul-*  
lam approbationem consecuta est (2.) *Cause summarie in*  
*specie in dicta*, modò causæ hujus demonstrandæ mo-  
menta in ordinem articulorum non redigantur, liberi  
etenim demonstrato est arbitrii, an articulos certos  
formare, an testes summariter saltem super negata acio-  
nis



nis puncta examinandos curare velit, hoc enim casu  
 præcidere potest parti aduersæ occasionem exhibendi in-  
 terrogatoria, utpote quæ formari nequeunt, ubi actor id,  
 quod probare intendit, in articulos non redegit, etiam si  
 demonstrationi summaria certus per sententiam dictus sit  
 terminus, utpote Saxonicus, vel alius quidam legi pro-  
 vinciali adstrictus. conf. DN. BERGER *Resol. LL. Lauterb. ad*  
*Tit. de Probation: p. 505.* vaga enim, captiosa & impertinen-  
 tia non admittuntur, licet exhibitionem interrogatoriorum  
 & prædicto modo casu admittet *der Layen-Spiegel P. II.*  
*Tit. von Frag-Stücken* / inde patet, quod (3) locum regu-  
 lariter non habeant in *Processu Executivo*, ubi ex documento  
 garantigiato ad solam ejus recognitionem & eidem coha-  
 rentem executionem devenitur, licet enim & in ejusmodi  
 processu executivo testium depositionem ad impediendam  
 executionem certo modo permissam esse statuat CARPZOVI-  
 us *P. I. C. 8. D. 29.* & cum eo H. PISTORIS & BERLICH. locis  
 ibidem allegatis, hoc tamen de examine testium summa-  
 rio, & vel nullis admisfis articulis & interrogatoriis, vel  
 certo à Judice vel lege dicto termino præclusivo intelligen-  
 dum est, uti id verbis expressis adstruit CARPZOVIVS *d. l.*  
 (4) Excipiunt quidam causam testamentariam per testes pro-  
 bandam, seducti doctrina DNI. CARPZOVII *P. III. C. 3. d. 38.*  
*n. 5.* statuentis, testes super testamento nuncupativo extra  
 processum absque exhibitione interrogatoriorum aliis-  
 que solennibus coram Judice tamen & mediante juramen-  
 to examinari posse, Ex hisce verò verbis positivè con-  
 cludi nequit, ut in causa testamentaria nullæ admittendæ  
 sint interrogaciones, neque hanc ejus mentem fuisse ex  
*alleg. def. 38.* evinci potest, sed statueremus potius ipsum  
 intelligendum esse de casu eo, ubi in testamento nuncupa-  
 tivo & super eo confecto instrumento heres nuncupatus ex-  
 tra processum supplere intendit ea, quæ de solennibus o-  
 missa sunt à Notario voluntatem testatoris excipiente,  
 puta si neglexerit adhibere duos testes instrumentales,  
 vel



vel exprimere locum confecti testamenti vel aliam eiusmodi circumstantiam; Quod enim defectus talis Notarii per judicialem & juratam duorum vel trium testimonium depositionem summariam extra Processum coram Judice incompetente, invito & contradicente etiam herede legitimo, vel cujus aliàs interest, testamentum non esse conditum suppleri queat, nemo forsitan inficias ibit, quoniam hæc probatio non tangit ipsa solennia testamenti condendi à lege præscripta, sed potius quod hæc solennia requisita, in actu testandi fuere adhibita, quod solo Notario absque testibus attestanti non creditur.

§. 51.

*Locus exhibendorum interrogatorum.*

De loco exhibendorum interrogatorum jam supra §. 34. diximus, liberum esse parti productæ, an eadem in judicio litis pendentis, an verò Commissario testes examinanti porrigere velit, modò ea exhibeat in ipso loco judicii, ubi juris dicundi & judicandi potestas est l. 4. §. 1. ff. de Interr. in jur. fac. nisi ex causis in jure permisis examen testimonium producendorum veniat in alio loco expediendum, uti in inspectione oculari fieri solet; tenetur enim quilibet Judex testes coram se productos interrogans interrogatoria cæteris paribus etiam admittere, si exhibeantur, nisi quadantenus suspectum se reddere velit.

§. 52.

*Quo tempore sint exhibenda?*

Circa tempus, intra quod interrogatoria partis productæ in judicio sunt exhibenda, clara equidem extat sanctio in ORD. PROC. Tit. 20. §. 1. ubi licentiam tribuit producto Seren. L Lator: Daß er damit zum längsten in Termino productionis gefast sey, poterit itaque antequam testes realiter producantur, eadem dare Judici productus; id quod Jure Bohemico & Luneburgico necessitatis esse asserit MARTINI ad Proc. Tit. 20. §. 1. n. 488. & 489. interim tamen ex hoc textu ORD. PROC. clarè non constat, quodnam tempus ultimò producto sit observandum, num scil,



scil. terminus productioni testium præfixus primus ?  
etiãsi vel per emanationem testium, vel per contradic-  
tionem adversarii sit circumductus; an verò etiam secun-  
dus vel ulterior ad instantiam partis à Judice prorogatus ?  
Ad meliorem decisionem hujus controversiæ secernendi  
sunt diversi casus obvenientes, I. enim juris decisi est, quod  
pars Producta interrogatoria perdat, si in Terminò eas-  
dem non exhibeat, producens verò & testes compareant,  
atque hi adversæ partis contumacia infimul accusata pro-  
ducti fuerint, uti in concursu Z. C. Mens. Jan. 1689. à Do-  
minis Scabinis Lipsiensibus pronunciatum fuisse memini-  
mus: *Daß die außengebliebene Kläuber und des  
Schuldners Erben an ihren Interrogatorien sich versäu-  
met/derowegen sie auch damit ferner nicht zuhören. conf.*  
ORD. PROC. MAGDEB. *de anno 1686. c. 30. §. 6. & ORD. PROC.*  
*ELECT. SAX. Tit. 20. §. 3. in fine* contumaciam enim partis  
hoc casu potissimum amissione omnium beneficiorum a-  
liàs competentium coercere fas est secundum doctrinam  
RULLANDI *de Commissar. P. II. L. 2. c. 8.* nempe (1) quod  
testes jurati absente parte producta perinde habeantur ac  
si præsens fuisset. (2) quod inde dependens beneficium  
exhibendorum interrogatoriorum perdat. (3) quod non  
possit excipere contra personas & examen testium, modo  
hoc ultimum vitio legitimi examinis ex alia causa non la-  
boret. (4) quod nequeat recusare Judicem vel Commissa-  
rium. II. Si in Terminò productioni præfixo producens in  
Judicio se sistit, atque nulla interposita protestatione vel  
appellatione testes licet contumaciter emanentes verba-  
liter saltem producat, tunc comparente parte producta  
vel non, interrogatoriorum exhibitio ei incumbit, nisi iis  
cadere velit. Terminum enim hunc ut ultimum & perem-  
torium propter generalitatem legis observare debet, ne-  
que propter contumaciam testium negligenda sunt produ-  
cto ea, quæ ipsi facienda incumbunt. DN. SCHWENDEND.  
*ad FIBIG. PROC. p. 1420. edit. noviss.* hæc tamen sub hac limi-  
tatione

Observan-  
di sunt di-  
versi casus.

I.

II.

F 2

tatione



- sub hac limitatione sunt intelligenda, si nec contra articulo-  
 rum pertinentiam vel personarum admisibilitatem ali-  
 quid exceperit productus; si verò III. alia ratione termi-  
 nus productionis sit circumductus, vel etiam ejus proro-  
 gatio impetrata, tunc dubium planè nullum est, quin ad-  
 huc in secundo vel ulteriori termino prorogato sint ad-  
 mittenda; ast producente IV. in termino productionis e-  
 manente vel testes non producente, frustranea erit inter-  
 rogatoriorum exhibitio, utpote probatione per testes susce-  
 pta planè deperdita, etiamsi testes sese non siterint CARPZOV.  
 P. III. Resp. 72. n. 1. 2. DN. SCHWEND. ad FIEIG p. 1412. not.  
 659. secus ac putat RULAND. P. II. L. 2. c. 8. n. 5. quod  
 nempe probaturo contumaciter emanente possit Judex  
 vel Commissarius ex officio procedere ad examen testium.  
 Quod si verò V. productus in termino præfixo simul cum  
 producente & testibus copiam sui faciât, contra admis-  
 sionem vel habilitatem testium autem, vel etiam contra per-  
 tinentiam articulo- rum excipiat, & productionem prote-  
 statione cum annexâ appellatione interpositâ suspendat,  
 interrogatoria verò simul non exhibeat, tunc iterum qua-  
 ritur: *An testibus vel articulis pro admissibilibus per sen-  
 tentiam declaratis adhuc sit audienda pars producta?* Vi-  
 deri posset, quod non, quia tempus productioni destina-  
 tum præterlabi passus est, & quod exceptio ipsius pro non  
 sufficiente fuerit declarata.

§. 53.

Hæc omnia tamen nos non movent, quin hoc  
 posteriori casu productum adhuc admittendum esse cen-  
 seamus, quia omnia adhuc sunt integra, & testes verè non-  
 dum producti, imò quod ante sententiam super vitiiis ob-  
 jectis latam de admissione testium vel pertinentia articulo-  
 rum certò constare nondum potuerit. In contrariam qui-  
 dem sententiam ivisse deprehendimus DN. BERL. P. I. Dec. 3.  
 statuentem, quod etiam pendente Appellatione & quæsti-  
 one super testium habilitate vel articulo- rum pertinentia  
 testes



testes vel Rescripto Principis vel alia de causa recepti, & super articulis, omnis adversa partis interrogatoris examinati, denuò haud sint vocandi & super interrogatoris postea exhibitis examinandi, nec productum ad interrogatorum correctionem ulterius admittendum, cui ad stipulatur CHR. LANGE ad PROC. c. 54. n. 14. Sed rationibus, nostro quidem iudicio sat validis, contrariam opinionem amplexus est NICOLAI PROC. c. 59. n. 50. (1.) quod certum sit pendente lite & appellatione nihil esse innovandū & attendendum. (2.) quod per interpositam appellationem & subsecutam inhibitionem causa ad Judicem appellationis sit devoluta, & Judicis inferioris Jurisdictio suspensa, usque ad sententiam in Appellationis iudicio latam & causam remissam, & interim gesta pro nullis & invalidis habenda. (3.) Quod testes non minus super interrogatoris, quam super articulis praetermissis interrogatoris examinati, denuò sint examinandi, cui accedit. (4.) Favor interrogatoriorum, & quod pars producta citra culpam & factum suum iis privanda haud sit. (5.) Intelligendus est DN. BERLICH de casu alio à nostro planè diverso, dum expressis verbis de examinatis, non autem de examinandis testibus loquitur; Quare facilè eidem largimur, eo in casu, ubi quidem pars producta contra personas testium in Termine productionis excipit, & super hac quaestione cum adversario litigat, actum verò jurandi & examinandi suspendi simul non curat, nequè etiam interrogatoria porrigit; illum omninò esse pracludendum, si pendente quaestione super testium habilitate ii nihilominus sint recepti & examinati, atquè per sententiam approbati, quia enim DN. BRUNNEM. ex Auth. Si testis Cod. de Testib. n. 6. colligit, examen testium propter exceptionem objectam personae ejus non esse differendum, sed exceptionem saltem illud operare, ne approbasse testes censeatur pars ea, contra quam producuntur, ideò suae facilitati imputet, quod contra examen testium protestando & appellando jus suum integrum non conserve-



vaverit, vel melioris securitatis gratia interrogatoria eventualiter non exhibuerit. Si enim absque interposita protestatione & annexa appellatione patiaturs quis testes realiter & praesentes produci & jurare, frustra audietur cum exhibitione interrogatoriorum serotina, quantum praesentes attinet, quod tamen secus est in testibus absentibus, & emanantibus, horum enim intuitu protestatio interposita conservat interrogatoriorum admissionem usque ad realem testium productionem; neque soli protestationi simplici tribuendus erit ejusmodi effectus impeditivus, nisi simul annexam habeat appellationem, & ita memini pronunciatum fuisse à Dominis Scabinis Lipsi. in causa Injur. C. V. actoris, contra G. S. rei, Mens. Maji. 1698. verb. sent. Daß der erste und 4te anagegebene Zeuge vor unzulässig und die Gegen-Beweis Articul vñ 5. biß 20. incl. vor impertinent nicht zu achten/und hat sich Kläger gestalten Sachen nach wegen der ersten 3. Zeugen an seinen Interrogatoriis versäumet/wegen des 4ten aber ist er damit annoch zuzulassen.

§. 54.

Diximus modò, quod testibus realiter & praesentibus productis & iisdem examinatis interrogatoria non sint amplius admittenda, dubium tamen adhuc oritur exinde, *Anne pars producta, si in termino producendorum testium, protestatione interposita facultatem dandi interrogatoria vel etiam corrigendi priora sibi reservaverit, sit audienda?* Sanè in hanc sententiam inclinare videmus UMMIUM PROC. Disp. 16. Th. 10. n. 70. Sed contrariam, utpote veriore & analogia Juris convenientiorem, defendit RULAND. de Commiss. P. IV. L. I. c. 10. n. 5. 6. 7. & 8. motus rationibus satisfundatis, quarum prima in argumentatione legali ab articulis probatorialibus ad interrogatoria defumta consistit quoniam enim regulariter correctio aut additio articulorum quorundam post productionem testium est prohibita, sequitur, quod idem de interrogatoriis sit statuendum: Secunda, quod termino constituto ad aliquid



quid faciendum excludatur factum termino elapso l. 8. ff. de  
Postul. MARTINI ad PROC. Tit. 20. §. 4. n. 13. seqq. His acce-  
dit tertia, quod testes semel citati & examinati non temerè  
& sinè causa de novo molestari & cum jactura negotiorum  
fuorum revocari debeant. RULAND d. l. n. 9. vigilantibus  
enim jura sunt scripta, & suæ imputet negligentiae produ-  
ctus intermissam elaborationem ante terminum productio-  
nis, scire enim potuisset & debuisset, terminum hunc esse  
peremptorium & præclusivum.

§. 55.

Sed meritò limitationem patiuntur, quæ de tempo-  
re exhibendorum interrogatoriorum peremptorio sunt re-  
cepta in probatione per ocularem inspectionem instituenda  
quod enim in hac specie probationis parti productæ in-  
dulgendum sit, ad reservationem in termino declara-  
tam, interrogatoria tunc exhibita, peracta inspectione ocu-  
lari corrigere, mutare, refecare, imò planè nova adde-  
re plurimis Doctoribus utputa RULANDO P. IV. L. 1. c. 10.  
n. 4. NICOLAI PROC. d. c. 60. n. 7. aliisque probatur, quoni-  
am ex hoc actu inspectionis aliæ circumstantiæ suboriri po-  
terunt advocato investigandæ, quæ ipsi antea latuerunt; cæ-  
terum, ubi recusationis testium quasdam causas allegan-  
das habet adversarius producentis, easdem in ipso termino  
producendorum testium & interrogatoriorum vel cum iis  
simul in medium proferre debet, & quidem allegata ratione  
specifica, vel ad minimum reservata potestate contra per-  
sonas testium in posterum excipiendi protestari debet, alias  
enim protestatione ejusmodi intermissa tacendo approbas-  
se testes censetur, testes enim inhabiles consensu partium  
habilitantur, neque semel approbati amplius facilè repro-  
bari possunt. MART. ad PROC. Tit. 20. §. 2. n. 177. 178.

§. 56.

Causa formalis est vel externa vel interna; Externa  
consistit in eo, ut per modum quæstionis proponantur: e. na ut per  
g. Ob Zeuge nicht mit Producenten verwandt sey? Woher denn Zeuge das articulirte factum wisse? cum econtra  
malis exter-  
modum quæ-  
stionis for-  
articu-  
mentur.

In oculari  
inspectione  
etiam post  
productio-  
nem realem  
admittitur  
interrogato-  
riorum  
exhibitio &  
mutatio.



articuli probatoriales in modum positionis formentur:  
Wahr daß Zeuge mit Producenten Verwandt sey? & com  
muniter in scriptis exhiberi solent in hunc ferè modum:

Interrogatoria

In Sachen

N. N. Klägers und Producentens  
an einen  
wieder

N. N. Beklagten und Producenten  
am andern Theil.

Interrogatoria generalia

Interr. 1.

Ob Zeuge Producenten mit Blut- oder Schwäger-  
schafft verwand sey?

Interr. 2.

Ob Zeuge um dieses Zeugniß angesprochen sey? &c.

Interrogatoria Specialia

ad art. 4.

Interr. 1.

Woher Zeuge diesen Articul wahr zu seyn wisse?

Interr. 2.

Ob er selbst darbey gewesen / als Producent das articu-  
lirte Geld ausgezahlt? &c.

Formam propositionis in Judicio exhibet. F.B.M.G. P. II. c. 2.  
m. 2. Sect. 1. §. 4. reg. 10. & breviter talis esse poterit:

P. P. Erscheinet gleicher gestalt Bevl. und Product,  
will zwar de pertinentia vel impertinentia deren über-  
gebenen Beweis articul wie auch de admissibilitate testi-  
um productorum vor igo nicht viel Wesens machen /  
sondern geschehen lassen / daß diese über jene vermit-  
telst Eydens abgehört werden möchten / zu welchem  
Ende Er dann auch hiermit einige Interrogatoria über-  
gibt / dienstlich bittende / die angegebenen Zeugen  
darauff mit zu verheyden / zu examiniren und deren  
Auslage in einen rotulum mit zu bringen / es reserviret  
sich aber Product nach eröffnetem Zeugniß sowohl  
wieder



wieder der articulorum impertinens / als auch wieder  
der Zeugen Personen admission und qualität seine  
Nothdurfft an und auszuführen.

quomodo autem iudex ipse in formando rotulo procedere  
debeat, novissimè ipsi præscriptum extat in RESCR. SE-  
REN. ELECT. SAX. JOH. GEORGI. II. de anno 1663. & Recess.  
Imper. de Anno 1654. §. im übrigen verbleibet es/etc.

§. 57.

Formæ internæ interrogatoriorum admisibilem potis-  
sima requisita in eo consistunt, ne sint captiosa, injuriosa,  
impertinentia, criminosa, obscura, sed clara, perspicua ac  
pertinentia, de quibus omnibus jam passim actum fuit;  
dubium autem atque obscurum est, quod plures & diversos  
continet intellectus plurimisque modis intelligi possit, si  
testes illud generaliter vel affirmaverint vel negaverint.  
FARINAC. de Test. tit. 7. qu. 63. n. 2. imò poterit testis, si ani-  
madvertat obscuritatem vel captiositatem interrogantis vel  
partis, vel iudicis, ipsius declarationem aut sensum certum  
postulare antè responsionem, vel eandem denegare, arg.  
eorum, quæ pro hac re allegat GUAZZINUS ad defens. reorum  
def. 20. c. 12. n. 1. 2. ex interrogazione enim responsionis  
vera interpretatio capienda est. PRUCKMANN. Vol. II. Conf.  
9. n. 91. &c. Prima autem cura Advocati in eo consistere  
debet, ut ea defumat ex contentis & visceribus tum libelli,  
tum articulorum probatorialium & meritis causæ, tum ex-  
ceptionum actioni in iudicium deductæ oppositarum, item  
ex circumstantiis loci & temporis, visus, auditus, scientiæ  
&c. etiam minutissimis, aliarumque qualitatatum intentioni  
ipsius inservientium GAIL. L. I. Observ. 95. n. 3. imprimis ut  
examinare faciat testes super causis scientiæ suæ depositio-  
nis ac rationibus, quæ omnia vel plurima exponit PONTI-  
FEX, c. 37. X. de Test. & GLOSSATOR in usum memoriæ hisce  
includit versiculis:

Auditus, visus, persona, scientia, causa,  
Fama, locus, tempus, ac certum, credulitasque;  
Dum testes recipit Iudex, hæc cuncta notabit,

☉

Alii

Forma in-  
terna requi-  
sita.



alii, ut FARINAC. *de Test. qv. 73. n. 38.* secundum qualitates X. Prædicamentorum & IV. causarum conficienda ea esse statuunt; sed hæc omnia speciatim recensere nec instituti nec temporis ratio patitur, postquam artem cautè conficendorum interrogatoriorum DOMINUS RULANDUS *Tr. de Commissur. P. IV.* in quam plurimis & diversis actionum materiis prolixiori cura demonstratam dederit, quorsum BENEV. Lect. remittimus, nulli dubitantes, quin opere isthoc probè cognito, in obyeniens sibi materiis clientum suorum jura maxima cum utilitate promovere queat. Caveat tamen prudens ac providus causarum patronus, ne interrogatoria conficiat, super eo, quod probatum parti suæ nocere magis quam prodesse possit, quoniam ex depositionibus testium ad interrogatoria quandoque fundari ac probari intentionem producentis adstruat GAIL. *d. l. n. 5.* tandem ad formam interrogatoriorum, tum internam tum externam adhuc referunt, ut productus non possit simul interrogatoria sua ad recognitionem documentorum quorundam dirigere, & petere, ut ea à testibus recognoscantur O. P. Tit. 16. §. 2. & MARTINI *ad hunc locum n. 14.*

§. 58.

*Num interrogatoria formari queant super exceptionibus?*

Constat ex hæcenus probatis materiam componendarum interrogationum desumi debere non saltem ex visceribus libelli & inde formatorum articulorum probatoriorum, sed etiam ex fontibus exceptionum objectarum, quo præsupposito sponte sua fluit, *non prohibendum esse parti productæ, ut eadem etiam super probandis exceptionibus conficiat.* Sicuti enim actori integrum est, susceptæ probationi super fundamento actionis negatæ, articulos elisivos contra Rei exceptiones, litis contestationi negativæ annexas inferre, ita à contrario sensu & consentiente analogia Juris omnino liberum erit reo vel producto super exceptionibus peremptoriis ab ipso oppositis & super replica actoris sua formare interrogatoria.

§. 59.



Quod autem existimat SICHARDUS *ad Cod. L. IV. T. I.*  
 §. *sed juramento n. 9.* Judicem interrogatoria testium ap-  
 probare debere, usu non servatur, neque etiam á positioni-  
 bus Juris Civilis & Camera earumque approbatione á  
 Judice facienda, validè argumentari licet ad hæc  
 nostra interrogatoria quasi reprobatoria, contra testi-  
 um personas, qualitates & dicta producta.

## §. 60.

Finis inter-  
 medius  
 Ultimus

Finis interrogatoriorum est vel intermedius, ut  
 1.) dilutio contentorum in articulis probatorialibus, 2.)  
 ut testes ad variationem & contraria inducantur. GAIL. *L.*  
*I. Obs. 95. n. 3.* Unde tandem 3.) fluit demonstratio infir-  
 mæ probationis per contrarietatem depositionis vel per  
 inhabilitatem personæ testis elicitæ; Ultimus verò est e-  
 ruitio veritatis in puncto probatorio. HAHN *ad WESEME.*  
*Tit. de Interrog. injur. fac. n. 5.* huc enim omnes probatio-  
 num species ordinariæ & subsidiariæ collimant. Ad con-  
 sequendum itaque cum fructu hunc finem, ita sunt forman-  
 da, ut 1.) testium dicta destruantur & 2.) exceptio funde-  
 tur. SPEC. *P. I. L. I. part. 4. Tit. de interrog. n. 7.* posse enim  
 Interrogatoria etiam ad fundandam exceptionem confici,  
 jam monuimus §. 58.

## §. 61.

Effectus

De Effectu harum quæstionum ut dispiciamus, no-  
 tandum, quod omnium potissimus consistat, (1) in eo, ut  
 judicis animum taliter instruant, quo de personarum, re-  
 rum, temporis aliarumque circumstantiarum qualitate cer-  
 tior redditus, certiolem ferre possit sententiam, (2) Quod testi-  
 um responsonem ad interrogatoria refutare & improba-  
 re nequeat ipse producens, quia producendo testes eorum  
 personas, qualitates & depositiones approbasse censetur.  
 (3) quod in responsonem dubia vel obscura major adhiben-  
 da sit fides depositioni super interrogatoriis potius, quam  
 super articulis. GOEL. BICHUS *Dec. 243. n. 17.* regulariter enim  
 testi-



testibus potius Reī quam Actoris creditur, & in dubio di-  
cta testium contra producentem interpretanda sunt ANT.  
FABER. *Cod. L. IV. T. 15. D. 59. n. 2. (4)* effectus consistit in  
eo, ut saltem faciant jus inter partes litigantes, quarum in  
gratiam suscepta est probatio vel reprobatio, ultra enim  
has personas aliis neque adjuvant neque præjudicant *arg.*  
*l. ult. ff. de Interr. in jur. sac. t. t. Cod. Res inter alios acta, &c.*  
nam interrogandus nemo est in præjudicium tertii & ad  
futuram actionem fundandam vid. BRUNNEM. *ad dist. L. ult.*  
*n. 4. MEY. P. III. Dec. 388. (5)* Exerit se effectus, sed par-  
ticularis tantum in probatione præscriptionis immemoria-  
lis, interrogando testem super ætate: Sicuti enim in hac  
probatione ut testes ad minimum sint. 54. annorum requi-  
ritur, ita, si appareat ex depositione ad interrogatoria testes  
hanc ætatem non implevisse, ex defectu justæ ætatis pro in-  
habilibus sunt reputandi *vid. MART. ad Proc. Tit. 20. §. 2. n.*  
*33. RULAND. de Commis. P. IV. L. I. c. 7. n. 32.*  
§. 62.

*Contraria.*

Contraria ratione causa in eo consistunt, ut non ad-  
mittantur in quibusdam causis, e. g. specialia in probatio-  
ne pro exoneranda conscientia, deinde in locis iis, ubi  
vel expressè sunt prohibita vel usu non recepta, sic enim  
Mechilinæ eadem usu non servari, testis est ipse CHRISTIUS.  
*ad LL. Mechlin. T. 1. a. 27. in su. princ.* Tandem ad contraria  
congruè referri poterit revocatio Interrogatoriorum à  
producto justo tempore exhibitorum, & permissam eam  
esse, etiam altera parte contradicente, si fiat antè exami-  
nationem & productionem testium realem, asserit HEIG.  
P. II. *Qu. 1.* quia tantum concernunt favorem producti;  
Ait si realiter producti fuerint testes, ac solenni juramento  
de dicenda veritate tam super articulis probatorialibus ip-  
sis, quam super interrogatoriis exhibitis adfricti, tunc eo-  
rum revocatio amplius non habet locum *ORD. PROC. Tit. 20.*  
*§. 5. in fin.*, quoniam per ejusmodi productionem realem  
tes non amplius censetur esse integra, sed per approba-  
tionem



tionem tacitam adversarii tale jus ei acquisitum, ut ex eo testes fiant communes. MEY. P. VIII. Dec. III. BERL. P. I. Concl. 38. n. 48. seqq. quod beneficium eidem merito auferri nequit *conf.* AUTOR. CONSULT. SAX. P. III. T. 3. 94. IOI. n. 20. seqq. MAGN. DN. SCHWENDEND. *ad Proc.* FIBIG. P. II. c. 2. membr. 2. Sect. I. § 4. reg. 14. n. 682. & hanc ipsam sententiam præjudiciis quibusdam firmat BERL. l. c. n. 50.

§. 63.

Tandem, uti magnam cognationem habent interrogatoria cum articulis probatorialibus, ita cætera obvientes controversiæ hic prætermittenda ex fontibus juris circa hos versantis sunt de sumenda, modum autem in potissimis actionum materiis cautè conficiendorum singulari cura congescit RULANDUS *de Commis.* P. IV. a. Lib. 2. usque ad finem h. part. IV. quorsum, potissimum verò ad praxin quotidianam & experientiam forensis, utpote hujus rei optimam magistræ, Benev. Lectorem remittimus, non immemores instituti nostri, quo disertationem saltem, non integrum tractatum conscribere nobis visum fuit, petimusque, ut hos nostros conatus æqui bonique consulere velit.

SOLI DEO GLORIA.



[Viro]



Viro Nobilissimo atque Clarissimo Do-  
mino Respondenti hujus disputationis

S. P. D.

PRÆSES

**T**ertium vix vel quartum præterlabi passus es pleni-  
lunium, ex quo sub finem ætatis præteritæ, primi-  
tias tuorum in jure profectuum publico eruditorum  
censuræ, omnium cum approbatione, exposuisti; ubi ap-  
propinquante jam bruma novos nobis exhibes studiorum  
tuorum fructus, in testimonium assiduæ tuæ diligen-  
tiæ collectos. Quod si itaque tantum augmenti capi-  
unt ingenii tui vires, à recedentis solis radiis, qui tamen  
aliis corporibus sub lunaribus insitam suam virtutem nu-  
triciam diminuunt; quantum ne subsidii ex indefesso  
tuo labore sperandum erit universo orbi Saxonico, vel  
ejus REGI POTENTISSIMO? maximè si revertente  
Phœbo jungendi cum doctrina experientiam, aptam for-  
sitan nactus fueris occasionem: Perge itaque ad sup-  
plendam, tua industria, PARENTIS OPTIMI de te con-  
ceptam spem non vanam, atque Divini Numinis auxilio  
confide! hoc enim propitio quosvis prosperæ fortunæ,  
ex sincero cordis affectu simul exoptatos successus,  
certò tibi promittere poteris.





FINIS

[Embossed diamond-shaped seal]

FINIS

[Embossed diamond-shaped seal]

FINIS













00 A 6400

ULB Halle 3  
002 927 926



VD 17











12  
D. T. O. M. A.  
Disputationem Juridicam

DE

# INTERROGA- TORIIS,

eorumque in Foroufu,  
EX CONSENSU MAGNIFICI  
JCTORUM LIPSIENSII ORDINIS

*PRAESIDE*

GEORGIO QVIRINO *Böckell,*  
J. U. D.

*IN AUDITORIO PETRINO*

Placido Eruditorum Examine submittit

JOH. FRID. TROPANNEGER,  
Dresd.

*ad d. 23. Dec. A. M. DCCIV.*

---

LIPSIÆ,  
LITERIS KRÜGERIANIS.